[a] Τῆς δι' αὐτῶν ἀνηρημένης Vat. [b] Οἱ δὲ ὁ τ αὐτὸν τρόπον Vat. [c] Προϊλκοντες Vat. [d] Τιμωρήσασθαι Vat. Busb. & Gall. [e] Ηλεῖτο Gall. [f] Ita lego, ſicut in ora libri à docta manu emendatum inveni. prius erat τότε μέλλον τ. π. ἤ. βαρὺ καὶ μεῖζον ἐκείνων ὑπολ. in Cod. Vat. τότε μᾶλλον π. τ. ἢ βαρὺ καὶ μεῖζον ἐκείνων ὑπ. ſi rectum eſſet τότε μᾶλλον, in ſequentibus legendum οὑτῶν pro ἐκείνων. [g] Αλλαξαι Vat.

lamitates adeo magnas inter domeſticos effugiſſe, regnum detrectando & quæ homines in eo mirari ſolent.

*Antipater Herodis filius.*

3. Turbatus itaque & in hunc modum afflictus, ut pueros deprimeret, alterum filium, ſibi natum cum adhuc privatus eſſet, (vocabatur autem Antipater) accerſivit, & illum in honore habere ſtatuit; non ſicut poſtea cum ab eo plane victus eſſet & ad eum omnia referret: ſed eo animo ut audaciam filiorum Mariamnes coërceret, magiſque ut eos admoneret, id ita conſtituens. eo enim minus ſibi arrogaturos, ſi illis perſuaſum eſſet, regni ſucceſſionem neque ſolis ſibi neque neceſſario deberi. Hac de cauſa Antipatrum, *quaſi æmulum, ad ſe domum recepit, putans ſe bene ac ſapienter rebus ſuis providere; atque, repreſſa juvenum ferocia, licere tempeſtive eos meliores habere. Verum longe aliter evenit ac putarat. Nam & pueri gravi ſe injuria affici in-

*Mariamnes filios male tractat, eiſque inſidias ſtruit.*

terpretabantur: & Antipater, homo verſutus, poſtquam ſemel eò venit ut ſperare auderet quod antea non ſperabat, id unum dabat operam, ut fratres male tractaret, & primum eis locum non cederet, patrique adhæreret, qui jam ab illis alienatus erat per calumnias, & in id cui ſtuduerat facile adduci potuit, ut in eos indies magis magiſque irritaretur, calumniis oneratos. Omnes itaque rumores ab illo erant diſſeminati, qui *tamen* cavebat ne ipſe videretur hujuſmodi quid *ad patrem* deferre: ſed in eam rem uti maluit opera hominum, in quos nulla caderet ſuſpicio, quique id ex ſua in regem benevolentia facere crederentur. Jam vero multi Antipatrum propter ejus ſpem colebant, & hujuſmodi ſermonibus Herodi plane perſuadebant, quod ex ſuo in illum amore profecti viderentur. Cumque hæc per multos inter ſeſe fideles certatim agebantur, tum etiam ipſi adoleſcentes magnam ejus rei præbebant occaſionem. Nam frequenter lachrymas ob contumeliam, qua afficerentur, emittebant, & matrem appellabant: quinetiam aperte apud amicos patrem ut *iniquum* redarguere conabantur. quæ omnia, pro ea qua erat malitia, opportune aucupatus Antipater, Herodi non ſine additamento renunciabat, quibus factum

*Atque Herodes ad eos deprimendos Antipatrum ad honores evehit.*

eſt, ut domeſtica lis ſenſim deterior evaderet. Rex enim calumniis *iſtis* offenſus, & Mariamnes filios deprimere volens, Antipatrum indies novis augebat honoribus; adeo ut tandem victus ejus matrem domum aſciverit. Cæſari etiam ſæpe pro eo ſcribens, privatim hunc ei officioſiſſime commendabat. Cumque Agrippa quidem in eo eſſet ut Romam, poſt decem annos adminiſtratas Aſiæ res, peteret, à Judæa profectus *Herodes* ad illum navigavit, eiq; Antipatrum, quem unum ſecum duxerat, tradidit,

*Antipater Romam mittitur ad Cæſarem.*

Romam ducendum cum multis donis, ut fieret Cæſaris amicus: adeo ut jam omnia penes

μέγεθος τ῀ περὶ τὰς οἰκείας συμφορὰς ἀφφυγεῖν, οὐ τὰ μηδὲ [a] τὰ βασιλείας θαυμαζόμενα κεκλῆσθ.

γ'. Ταραττόμενος [b] δὴ ὁ Ἀγρικείμενος τ῀ τρόπον τ῀τον, ὅτι καθαιρέσει τ῀ μφρακίων ἕτερον αὐτῷ γενόμενον ἰδιωτ῀ὄντι παῖδα προσήγετο, καὶ τ῀τον εἶχεν τιμῇ· ἐκαλεῖτο δὲ Ἀντίπατρος· ὐχ ὥσπερ ὁ ὑστέρῳ καὶ τελέως ἡττηθεὶς αὐτῷ, καὶ πάντ' εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρων, οἰόμενος δὲ [c] παραπρεῖαθ῀ θρίσας τὰς ἐκ Μαριάμμης, καὶ μᾶλλον εἰς ὑπόθεσιν ἡ ἐκείνων [d] οἰκονομῶν αὐτό. ὃ γὰ αὐθαδες ὐκ ἂν εἴη παρ' αὐτοῖς εἰ τ῀το πεισθεῖεν, ὅτι μὴ μόνοις μηδὲ ἐξ ἀνάγκης ἡ διαδοχὴ τ῀ βασιλείας ὀφείλεθ. διὸ καθάπερ ἔφεδρόν τινα τ῀ Ἀντίπατρον [e] εἰσήγαγεν, οἰόμενος ὀρθῶς προνοεῖν, καὶ χαλαζαλέντων τ῀ μφρακίων ἀξίναις εὐκαίρως χρῆσθαι βελτίοσιν. τὸ δ' ὐχ ὥσπερ ὠόησεν ἀπέβη. τοῖς τε γὰ παισὶν ὁ μετρίως ἐδόκει κεχρῆσθαι τῇ πρὸς αὐτὸς ἐπιμελείᾳ· καὶ δεινὸς ὢν τ῀ τρόπον Ἀντίπατρος, ἐπειδή παῤῥησίας τινὸς τ῀ ὁ πρότερον ὕσης ἐλπίδος ἀντεποιήσατο, μίαν ἔχων ὑπόθεσιν [f] κακῶν τὸς ἀδελφὸς, ἡ μὴ παραχωρεῖν τ῀ πρωτείων, ἀλλ' [g] ἐπέχεθ τῷ πατρὸς, ἤδη μὲν ἠλλοτριωμένῃ τοῖς Ἀγρικόλαις, εὐμεταχειρίστῳ δ' ὄντος εἰς ὅτῳ ἐσπουδάκει πολὺ χαλεπώτερον ἀεὶ γενέσθαι τοῖς Ἀγρικοβεβλημμένοις. ἦσαν οἶν ἅτοι παρ' αὐτῷ μόνῳ οἱ λόγοι, φυλαττομένῳ δι' αὐτ῀ δόξαν τὰ τοιαῦτα καταμεμύειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχρῆτο συνεργοῖς τοῖς ἀνυπόπτοις, καὶ Ἀγρ῀ τ῀ εὔνοιαν τῷ πρὸς τ῀ βασιλέα πιστευθησομένοις αὐτὸ ποιεῖν. ἤδη δὲ πλείους [h] ἐγεγόνεισαν οἱ καὶ ἐκεῖνον ἐφ' οἷς ἠλπίκει θεραπεύοντες, καὶ ⟨῀⟩ Ἡρώδῃ ὐκ τ῀ δοκεῖν καθ' εὔνοιαν τὰ τοιαῦτα λέγειν ὑπαγόμενοι. καὶ τ῀των πολυπροσώπως καὶ πιστῶς ἀλλήλοις συναγωνιζομένων, ἔτι καὶ μᾶλλον αἱ [i] ⟨πρὸς⟩ τ῀ μειρακίων ἀφορμαὶ [k] προσεγίνοντο. καὶ γὰρ καὶ δάκρυα πολλάκις διὰ κατ' ἐπήρειαν ὧν ἠμάζοντο, καὶ τ῀ς μητρὸς [l] ἀνάκλησις, καὶ ⟨῀⟩ πατέρα φανερῶς ἤδη πρὸς τὸς φίλους ὁ δίκαιον ἐλέγχειν ἐπετήδευον. ἅπερ ἅπαντα κακοήθως ὑπὸ τῶν περὶ ⟨῀⟩ Ἀντίπατρον [m] καιροφυλακτήμενα, καὶ μειζόνως πρὸς τὸν Ἡρώδην ἐξαγγελλόμενα, προσῄδαινεν ὁ μισεῖν ἀφηγαζόμενα τὴν τ῀ οἰκίας φύσιν. ἀχθόμενό⟨῀⟩ γὰ ὁ βασιλεὺς τοῖς Ἀγρικόλαις, καὶ ταπεινώσαι βυλόμενό⟨῀⟩ τὸς ἐκ τ῀ς Μαριάμμης, μείζονα ἀεὶ πρὸς τιμὴν Ἀντιπάτρῳ παρεῖχεν· καὶ τέλος ἡττηθεὶς ἐπεισήγαγεν τὴν ἐκείνῃ μητέρα. Καίσαρι δὲ πολλάκις γράφων ὑπὲρ αὐτ῀ καὶ ἰδίᾳ συνίστη σπουδαιότερον. Ἀγρίππα μὲν οἶν ἀνιόντι εἰς τ῀ Ῥώμην, μετ῀ τ῀ διοίκησιν τῶν ὅσα τ῀ς Ἀσίας [n] δεκαετ῀ γεγενημένην, πλεύσας ἀπὸ τ῀ Ἰουδαίας, καὶ συντυγχάνων μόνον τι τ῀ Ἀντίπατρον [o] ἐπηγάγετο, καὶ παρέδωκεν εἰς Ῥώμην ἀνάγειν μετ῀ πολλῶν δώρων, Καίσαρι φίλον ἐσόμενον· ὥστε ἤδη πάντα δοκεῖν ἐπ'

[a] Ita *Vat.* τὰ βασίλεια θαυμαζόμενα κτήματα in *Edd. Aliiſque.* Omnia fere à τὰ δ' ὄντι &c. (v. 45. p. 713.) uſq; ad περιστόμενος in verſione ſua prætermiſit *Epiphan.* At *Gelenius* in hunc modum interpretatus eſt, *Revera enim quemadmodum foris ſupra ſpem fortuna utebatur propitia, ſic domi præter opinionem omnia male cedebant; ut merito ambigendum ſit, poſſitne penſari tanta felicitate externa ejus calamitas domeſtica; an ſatius eſſet carere ex æquo utraque, & intra privatam fortunam conſiſtere.* [b] Ita lego & interpungo auctoritate *Epiphanii.* antea in *Editis,* περιστόμενος δὲ ὁ Ἀγρικόλαος τ῀ τρόπου τ῀των ἐπὶ κ. τ. μειρακίων, ἕτερον &c. [c] Forſan ὡσαρεῖσθ. [d] Ita *Vat.* οἰκοδομῶν αὐτὸν in *Editis Aliiſque.* [e] Εἰσῆγεν *Vat.* [f] Ita è *Codd. Gall.* κακῶν τὸς ἀδελφὸς μὴ παραχ. *Busb.* καὶ τὸς ἀδελφὸς μὴ παραχ. *Hen.* & *Vat.* κακῶ, τοῖς ἀδελφοῖς μὴ παραχωρεῖν in *Editis.* [g] Ἐχεσθ *Busb.* & *Zonar.* [h] Ita *Vat.* γεγένηνται in *reliquis.* [i] Vox πρὸς deeſt *Hen.* & *Vat.* [k] Προσγίνοντο *Busb.* [l] Ἀναπλήσεως *Busb.* [m] Καιροφυλακτήμενα *Busb.* [n] Sc. ex quo à Cæſare in Syriam & Aſiam miſſus Lesbi permanſit. *Uſſerius* ad *A. M.* 3992. [o] Ἐπῆγετο *Busb.* & *Hen.* * Succedaneum, *Gelen.*

a Ita

ἐπ' ἐκείνῳ, καὶ παρῶσθαι παντάπασιν ἀπ τῆς ἀρχῆς τὰ μειράκια.

illum esse, adolescentes vero spe regni prorsus excidisse viderentur.

ζ. ΚΕΦ. δ'.

Ως Αντιπάτρῳ ἀπαιρέοντος ἐν Ρώμῃ, τὰς περὶ Αλέξανδρον Ϲ Αριστόβουλον Ηρῴδης ἄγων ἐπὶ Καίσαρϛ, αὐτῶν κατηγόρησεν. Αλέξανδρος ἀπολογία ἐπὶ Καίσαρος, καὶ ἀλλαγαὶ πρὸς τὸν πατέρα.

CAP. IV.

*Quomodo, Antipatro Romæ degente, Herodes Alexandrum & Aristobulum ad Cæsarem ductos accusat. Alexander causam suam agit ad Cæsarem, & pater cum filiis in gratiam redit.*

VII.

ΠΡὸς μὲν οὖν τιμὴν, καὶ τὸ πρωτεῖον εἰ δοκεῖν, Αντιπάτρῳ παρῆκόρει τὰ κατὰ τὴν ἀποδημίαν· καὶ γὰρ ἐν τῇ Ρώμῃ, πᾶσιν ἐπιϛαλκότϛ Ηρώδῃ τοῖς φίλοις, ἀφέσιμϛ ἦν. ἤχθετο δὲ τῷ μὴ παρεῖναι, μηδὲ ἔχειν ἐξ εὐκαίρου διαβάλλειν ἀεὶ τοὺς ἀδελφούς· καὶ μᾶλλον ἐδεδοίκει μεταβολὴν τοῦ πατρὸς, εἴ τι καὶ καθ' αὐτὸν ἀξιώσειεν ὑποπτέρους εἰς τοὺς ἀπ τῆς Μαριάμμης φρονεῖν. ταῦτα δὲ δι' ὑπονοίας ἔχων, οὐκ ἀφίστατο τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως· ἀλλὰ καὶ κεῖθεν, ὅπου ἀπάσειέ τι καὶ παροξύνειν ἤλπιζεν Ⓦ πατέρα κατὰ τῶν ἀδελφῶν, συνεχῶς ἐπέστελλεν· προφάσιν μὲν, ὡς [a] ὑποφαγωνιῶν αὐτοῦ, τὸ δὲ ἀληθὲς, ἀφ' ἧς εἶχεν ὑπὸ φύσει κακοηθείας, τῷ ἐλπίδα μεγάλην καθ' ἑαυτὸν ὑφανθῆναι ἐμπορεύμενϛ, ἕως εἰς τοῦτο προήγαγεν Ⓦ Ηρώδην ὀργῆς [b] ἀπ δυσφημίας, ὡς ἤδη μὲν ἔχειν δυσμενῶς τοῖς μειρακίοις. [c] ὑπὸ δὲ τῷ κατοικεῖν εἰς τοιοῦτον [d] ἐμβλῶπα πάθϛ, ὡς μητ' ἀμελῶν [e] μητ' ἀπ προπετείας ἁμαρτάνοι, κρεῖττον ἡγήσατο πλεύσας εἰς Ρώμην, ἐκ τῶν παίδων κατηγορεῖν πρὸς Καίσαρα, [f] καὶ μηδὲν αὐτῷ τοιοῦτον ὑπερπέσειν, ὃ καὶ μέγα ϛῆ μεγάθϛ τῆς ἀσεβείας ὕποπτον ἦν. ὡς δὲ ἀνῆλθεν εἰς τὴν Ρώμην, ἐγένετο μὲν μέχρι τῆς [g] Αχυλαίας πόλεως Καίσαρα συντυχεῖν ἐπειγόμενϛ. ἐλθὼν δ' εἰς [h] λόγους, καὶ χαλεπὰ αἰτησάμενϛ ὑπὲ μεγάλοις [i] οἷς ἐδόκει δυσχεῖν, παρεσήσατο μὲν τοὺς παῖδας, ἠπάτο δὲ τῆς ὑπονοίας καὶ τῆς ὑπερβολῆς, "ὡς ἐχθρῶς ἔχουσιν "ἅπαντα τρόπον ἐπιδεικνύντες μισεῖν Ⓦ ἑαυτῷ [k] πα- "τέρα, ὥστε ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ τὴν βασι- "λείαν ἀμοιρότερον τρόπον ὑπολαβεῖν. ὁ δ' οὐδὲ θνήσ- "κων ἐξ ἀνάγκης μᾶλλον ἢ κείσει ὑπαδώσων τῷ "φιλεῖσθαι πρὸς αὐτὸν εὐσεβεστέρῳ ὑπὸ Καίσαρος "ἐξουσίαν ἔχοι. τοῖς δ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τὸ πλέον, ἀλλ' "εἰ καὶ ζώντες τρέφοιντο καὶ ὃ ζῆν ἔλαττον λόγος, εἰ μόνον "ἀποκλεῖναι τὸ πατρὸς δυνηθεῖεν. ὅτου ἄγριόν τι καὶ "μιαρὸν ὑπετετήκειναι ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν μῖσος. καὶ ταῦ- "τῳ τῷ ἀτυχίαν αὐτὸς ὑπ μαχρᾷ φέρειν ἀναϛαθῆ- "ναι νῦν ἐξηγεῖϛ Καίσαρι, καὶ μαίνειν αὐτῷ τὰς ἀκοὰς "τοιούτοις λόγοις. καί τοι τί μὲ εἶπσαν παθόντες ἐξ αὐτῷ "δυσχερές; ὅτι τίνι δὲ μέμφονϛ βαρύνονται; πῶς δ' οἷόν ϛ

AT enim ista peregrinatio plurimum Antipatro profuit, tum ad honorem, tum ut *fratribus* prælatus videretur: quippe Romæ, cum de eo scripsisset Herodes ad omnes amicos suos, illustris fiebat. Cæterum ægre ferebat quod *patri* non adesset, neque commodam haberet occasionem fratribus perpetuo maledicendi: eoque magis veritus est ne pater mutaretur, si quid mitius de Mariamnes filiis sentire in animum induceret. Dum ista secum reputaret, à proposito suo non desistebat: sed & Roma, quoties sperabat se posse patrem contristare & irritare in fratres, assidue literas mittebat, magnam de eo solicitudinem simulando,* revera autem, qua erat ingenii malignitate, ex spe in se magna quæstum faciens, donec eo indignationis ex falsis rumoribus Herodem perduxit, ut jam adolescentibus infensus esse cœperit. Dum vero pigratur talem induere affectum, ne quid negligenter aut temere committeret, visum est ei satius Romam navigare, ibique eos coram Cæsare accusare, nihilque sibi tale permittere, quod ex magnitudine *sua* impietatis suspicionem daret. Ac postquam Romam pervenit, progressus est ad *urbem* Aquilejam, Cæsarem convenire festinans. Quamprimum vero datum esset sermonem cum eo habere, cumque orasset ut se de maximis, quibus implicati viderentur, incommodis, audire vellet, filios coram adduxit, deque eorum indole deplorata querebatur, atque de *nefario* eorum conatu, "quam "sibi inimici infestique erant, ut qui modis "omnibus id egerunt ut suum in patrem odium "ostenderent, eo usque ut illum perimerent, "regnumque crudelissimo facinore sibimet ar- "riperent. dum & ipse potestatem habeat à "Cæsare regnum relinquendi, cum morere- "tur, non ex necessitate sed judicio, filio isti "qui in maxima erga se pietate perseverarit. "Illis vero non tam magni imperium, quam, "si illo priventur, parvi penditur vita, dum- "modo patrem possent interficere. adeo im- "mane & fœdum illorum animis penitus infe- "dit & inveteravit odium. eamque calami- "tatem diu toleratam nunc demum se coa- "ctum esse Cæsari aperire, & aures ejus hu- "jusmodi sermonibus offendere. Atqui, quid "ab eo durius perpessi sint? aut qua de re "graviori querantur? Quomodo justum & "æquum

*Antipater Romæ id agit ut literis patrem incenderet adversus fratres.*

*Herodes Alexandrum & Aristobulum Romam ducit.*

*Apud Cæsarem eos accusat.*

[a] Ita *Vat.* & *Gall.* ὑπὲρ ἀγωνῶν & ὑπὲρ ἀγωνίαν perperam in *Editis*. [b] Ita lego ex conjectura, ἢ in ἀπ mutato, cum antea esset ϵ δυσφημίας. Verum ἢ μανίας legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *ad tantum iræ vel furoris perduxisset.* [c] Ex κατοικεῖν *Hen.* & *Vat.* [d] Ita *Vat.* ἀπλοῦν in *reliquis.* [e] Mitto ἢ σωφ. *Vat.* & *Hen.* à prima manu. [f] Sic *Vat.* & *Hen.* nec aliter ut puto *Epiphanius*, qui vertit, *nihilque sibi tale permittere* &c. ὡς μηδὲν αὐτῇ τοιοῦτον ἀπλοῦν παῖδος in *Editis Aliisque.* [g] Αχυλαίας *Hen.* unde pro Αχυλαίας *Editorum* fecimus Αχυλαίαν ex *Cod. Gall.* [h] Καίσαρα post λόγους addit *Busb.* [i] Οἷς δοκεῖ συνδυσχεῖν *Vat.* & *Hen.* à prima manu. [k] Ita ex *Cod. Busb.* nonnihil favente *Zonara*, hisce verbis, ἠπάτο ϛ τ' ὑπονοίας, ὡς τ' ἑαυτῶν πατέρα μισοῦντας, ἢ ἀφαιρεῖσθαϛ μελετῶντας αὐτὸν, ϵ ὅτους τῷ βασιλείαν λαβεῖν, in *Editis* πατέρα ἢ μετασχεῖσθαϛ τὴν βασ. paulo aliter *Vat.* πατέρα μετασχεῖσθαϛ ϵ τὴν βασ. [l] *Sed revera ad speratam regni successionem malis artibus viam sibi præmuniens, donec* &c. vertit *Gelen.* plane omisit *Epiphan.*

"æquum esse putant, ut quem ipse principa-
"tum longo tempore per multa pericula quæ-
"sisset, ejus non sinant esse dominum, eoque
"potiri, & optime merenti dare. nam hoc
"cum aliis pietatis præmiis proponitur ei cui
"in animo est præcedentem diligentia æqua-
"re, utpote qui speret talem sibi gratiam rela-
"tum iri. Quod vero nefas sit illis hac de
"re satagere, manifestum. nam qui semper
"regnum in animo habet, simul cogitat de pa-
"tris interitu, cum non nisi post illum asse-
"quuturus sit regnum. Ille vero quænam ipsis,
"ut in regio imperio viventibus regiisque libe-
"ris, hactenus non largiendo deesse passus est,
"non ornamenta, non ministerium, non deli-
"cias; immo & conjugia illis honoratissima
"procurasse, alteri suæ sororis, Alexandro vero
"Archelai regis filia collocata. Et quod ma-
"ximum est, ne post talia quidem *ansa* sua se
"potestate in eos usum, sed ad communem
"benefactorem Cæsarem adduxisse, & cedendo
"de omni eo quod aut pater læsus aut rex insi-
"diis petitus agere potuit, æquo cum illis jure
"disceptatum venisse: rogare tamen ne ipse
"omnino inultus sit, neque in summo metu æta-
"tem agat; cum, post ea quæ moliti sunt, ne
"ipsis quidem, si nunc *pœnam* effugiant, expe-
"diat diutius vivere, malorum extrema, quem-
"admodum patrarunt, certissime passuris.

*Pueri patris accusatione confusi lachrymabantur.*

2. Ista quidem Herodes magna cum vehe-
mentia filiis suis objecit coram Cæsare. Juvenes
autem etiam eo dicente confusi lachrymabant,
magis vero postquam Herodes dicendi finem
fecit. nam se quidem extra hujusmodi impie-
tatem esse ex conscientia bonæ mentis persua-
sum habuerunt, contra ea vero quæ illis pater
crimini dedisset, difficile esse, id quod erat,
sese defendere probe noverant, cum libere etsi
opportune verba facere haud eos deceret, ut
patrem, dum violenter semper & nimium festi-
nanter ageret, in errorem inductum ostende-
rent. Quid ideo dicerent non habebant, la-
chrymæque illis obortæ sunt & tandem vehe-
mentius suspirabant, veriti quidem, ne, si sile-
rent, ex conscientia *sceleris* viderentur hæsi-
tasse, haud vero invenientes quo pacto defen-
sionem sui expedirent, propter ætatis infirmi-
tatem animique consternationem. Non ta-
men Cæsar, aspiciens ipsos quemadmodum
perturbati erant, non sentiebat eos ex imperi-
tia & modestia potius hærere & impediri, quam
ex facinorum conscientia. nec quisquam ad-
erat quem non eorum misereseeret: immo &
patrem ita affecerunt, ut vere animo moveretur.

VIII.

*Ex populi misericordia paululum recreantur.*

3. Postquam vero *juvenes* animadvertunt &
patrem illis aliquanto magis benevolum, ipsum-
que etiam Cæsarem, insuper & aliorum singulos,
partim vicem ipsorum dolentes, partim à lachry-
mis non temperantes, alter illorum Alexander,

"καὶ δίκαιον λιὼ αὐτὸς ἐκτήσατο πολλοῖς χεφνοις καὶ
"κινδύνοις ἀρχλὼ, ζώντης οὐκ ἐᾷν κύριον εἶ), κρατεῖν
"τε, καὶ δίδοναι τῷ κατ' ἀξίαν. ὡς τοῦτό γε μὴ τ ἄλ-
"λων ἄθλων εὐσεβείας ἐκτίθεται τῷ [b] μέλλοντι τοῖς
"Ⓦ ποτὲ γινήσεσθαι τοιούτῳ τλὼ ὀπιμέλειαν, ἅτε καὶ
"τῆς ἀμοιβῆς τοσῆσδε ὄσης ὀπιτυγχάνειν. ὅτι δὲ μη-
"δὲ εὐσεβὲς αὐτοῖς ὑπὲρ τούτου πολυπραγμονεῖν, εὐδη-
"λον. ὁ γὰρ ἀεί τι περὶ τ βασιλείας εὐθυμούμενος, συλλο-
"γιζόμενος τ θάνατον ᾧ γεγεννηκότος, μᾶλ' ὃν ἄλλως οὐκ
"ἔστι τ ἀρχὴν ἀφαιρεῖσθαι. αὐτὸς δ' ὅσα βασιλευομένοις
"καὶ βασιλέως παισὶν ὑχ ὑστέρησεν, μέχρι νῦν ἀποδιδοὺς,
"ὑ κόσμον, ὑχ ὑπηρεσίαν, ὑ τρυφλὼ, ἀλλὰ καὶ γάμους
"τὰς ὀπισημοτάτας παρεσχημένος, τῷ μὲν ἐκ τῆς ἀδελ-
"φῆς, Ἀλεξάνδρῳ δὲ τλὼ Ἀρχελάου ᾧ βασιλέως θυγατέρα
"συνοικίσας. ὃ δὲ μέγιστον ὑδὲ ὀπὶ τούτοις λιὼ εἶχεν ἐξου-
"σίαν ζώντη κατ' αὐτοῦ χρησάμενος ἀγαγεῖν ὀπὶ τ κοι-
"νὸν εὐεργέτλω Καίσαρα, καὶ παρελόμενον αὐτῷ πᾶν ὅσον
"ἢ πατὴρ ἀσεβόμενος ἢ βασιλεὺς ὀπιβουλεύόμενος
"δυνατὸν, κείσεως ἰσοτιμίᾳ παρεσκεύαζε. [b] δέησει μέν-
"τοι μὴ παντάπασιν αὐτὸν ἀπιμώρητον γενέσθαι, μηδ' οὐ
"τοῖς μεγίστοις φόβοις καταζῆν, [c] ὑφ' ἑκείνοις λυσιτελοῦν-
"τος, ἐφ' οἷς ἐνεθυμήθη, ὁρᾶν τ ἥλιον, εἰ τῶν διαφθερίειν,
"ἔργῳ μέγιστα τ ἀνθρωπείων ὑ δράσαντας ὑ πεισομένους.

β'. Ταῦτα [d] μὲν Ἡρώδης ἐμπαθῶς ὑπάσατο πρὸς
Καίσαρα τοὺς αὐτοῦ παῖδας. τῶν δὲ νεανίσκων ἤδη μὲν καὶ
λέγοντος δάκρυα καὶ σύγχυσις λιὼ, μᾶλλον δ' ἐπεὶ
κατέπαυσεν Ἡρώδης Ⓦ λόγον. τὸ μὲν γὰρ ἔξω τῆς
τοιαύτης ἀσεβείας γενέσθαι, [e] Ⓦ λόγον πιστὸν [f] εἶδον ἐν
τῷ συνειδότι, τὸ δ' ἐκ τοῦ πατρὸς ὀπιφρεσθαι πάς
ἀμφιβολὰς, δυσαπολόγητον, ὥσπερ λιὶ, ἠδεισαν, οὐκ
εὐχημονοῦντος οὐδὲ τῆ κατὰ παῤῥησίαν λόγου τῆς
πρὸς Ⓦ χαρὸν, εἰ μέλλοιεν ἐκ βίας ἀεὶ καὶ κατὰ
πρόδλω ἐλέγχειν πεπλανημένον. λιὼ οὖν ἀπορία τοῦ
δυνασθαι λέγειν, καὶ δάκρυα, καὶ τέλος οἰμωγὴ
συμπαθεστέρα, δεδοικότων μὴ [g] ὡς εἰ σιγῶεν δόξου-
σιν ἐκ τῆς συνειδότος ἠπορῆσθαι, ῥᾳδίαν [h] δ' ὑχ
εὑρισκομένων τλὼ ἀπολογίαν [i] διὰ νεότητος καὶ τα-
ραχῆς ἧς ἐπεπόνθεσαν. [k] ὁ μὲν γε Καῖσαρ, ὀπιβλέ-
πων αὐτοὺς [l] ὡς εἶχον, ἀσαφέστερον ἐποιεῖτο τὸ μὴ κατὰ
συνείδησιν [m] ἀπροθυμοτέραν, ἀλλὰ ἐξ ἀπειρίας καὶ με-
τριότητος οἰκεῖαν. ἐλεεινοί τε ἐγεγόνεισαν [n] τοῖς παρού-
σιν ἰδίᾳ, καὶ τὸν πατέρα διεκίνησαν ἀληθινῷ [o] τῷ πάθει
συνεχόμενον.

γ'. Ἐπεὶ δὲ συνεῖδον εὐμένειάν τινα, καὶ παρ' ἐκεί- ιή.
νου, καὶ Ⓦ τοῦ Καίσαρος, καὶ τῶν ἄλλων δὲ
ἕκαστον, τοὺς μὲν συνδακρύοντας, ἅπαντας δὲ συναλ-
γοῦντας, πατρὸς αὐτῶν Ἀλέξανδρος, ὀπικαλεσά-
μενος

a Ita *Hen.* & *Vat.* μείζονα ποτὲ γενέσθαι τοιούτου τ ἐπιμελείας τε καὶ τ ἀμ. in *Editis Aliisque.* b Mallem δέησεν. c Quæ sequuntur usque ad finem orationis corrupta esse suspicor. neque facile existimari potest quomodo legerit *Epiphanius* qui vertit, *Et auferens à se totum quantum aut pater læsus aut rex insidiatus potuisset agere, pariter eos in judicio secum fecisse astare: & reliquum esse aut eos occidi, ne cum timore maximo ipse viveret; aut se opprimi, quatenus utrique fabula hominum aut opprobrium forent. Cum hac Herodes* &c. d Illud μὲ è *Codd. Bunb.* & *Vat.* e Τὸν λόγον redundare puto. f Εἶπον *Hen.* & *Vat.* Forsan εἶχον. g Illud ὡς ante εἰ, ut & σιγῶεν, quod statim sequitur, habuimus ex *Zonara*, qui præterea legit, δέξουσιν ἐκ τοῦ συνειδότος μὴ εὐπορεῖν ἀπολογίας. h In *Cod. Vat.* δ' ὡς ὑχ. i Ista διὰ νεότητος καὶ τ ταραχῆς ἧς ἐπεπόνθεσαν desunt in *Cod. Hen.* nec agnoscuntur ab *Epiphanio.* διὰ τε τ ν. *Vat.* k Ita lego. ὁ μὲν ὄγε Καῖσαρ in libris omnibus. l Ὡς εἶχον *Vat.* & *Hen.* à prima manu. m Ita *Gall.* ἀπροπόνητον in *Editis Aliisque.* ἄπονος *facinorosus* in *Vet. Gloss.* nec aliter intellexit *Epiphanius*, qui vertit *ex conscientia facinorosa.* n Forsan sic distinguendum, τοῖς παροῦσιν, ἰδίᾳ καὶ τ π. o Ita lego è *Cod. Gall.* τῷ πάθει in *Editis Aliisque.*

a Εὐεργεσίᾳ,

μηδ' αὐτὸν, ἐπιχείρει ἀφαιρεῖσθαι τὰς αἰτίας, καὶ, "πάτερ, εἶπεν, ἡ μὲν σὴ πρὸς ἡμᾶς εὔνοια δῆλη, καὶ "παρ' αὐτῷ τῷ κρίσει. οὐκ ἂν γὰρ εἰ τι δυσχερὲς "ἐνοίεις ἐφ' ἡμῖν, ὅτε καὶ πάντα σώζοντα προσή- "γαγες. καὶ γὰρ ἔξεστι, πατρῴοις μὲν ἐξουσίαις ὡς "βασιλεῖ, πατρῴοις δὲ ὡς πατρὶ, τοὺς ἀδικοῦν- "τας ἐπεξιέναι. τὸ δ' εἰς Ῥώμην ἄγειν, καὶ τοῦτον "ποιεῖσθαι μάρτυρα, σώζοντος ἐμοῦ. οὐδεὶς γὰρ ἀπο- "κτεῖναί τινα προαιρούμενος, εἰς ἱερὰ καὶ ναοὺς ἄγει. "τὸ δ' ἡμέτερον ἤδη κρῖναι. ὁ γὰρ ἂν ἐπαμύναι- "μεν ἔτι ζῶν, εἰ τοιοῦτον ἀδικηκέναι πατέρα πεπιστεύ- "μεθα. καὶ μήποτε τοῦτο ἀκούσωμεν, ἀντὶ τοῦ πε- "θνάναι μηδὲν ἀδικοῦντας, τὸ ζῆν ἀδικεῖν ὑποπτεύο- "μένους. εἰ μὲ δή τι εὖρεν λόγον ἡ ἀληθείας ἡ παῤῥησία, "μακάριον ἦ σὲ πεῖσαι, ἢ τὸν κίνδυνον ἀφανγεῖν. εἰ "δ' ὅπως ἡ ἀφαιρεσις κρατεῖ, παρεστὸς ἡμῖν ὁ νῦν "ἥλιος, ὃν τί δεῖ βλέπειν μετὰ τῆς ὑποψίας; τὸ "μὲν οὖν φάναι βασιλείας ὀρεγομένους, εὐχερὲς εἰς νέους "αἰτία, καὶ τὸ προσθεῖναι τιμὴν τῆς ἀθλίας μητρὸς "ἐκφυγόν σε τῆς προτέρας τιμῆς ἀτυχίαν ἐξεργά- "ζεσθαι. βλέψον δὲ εἰ μὴ κοινὰ ταῦτα καὶ πᾶσιν "ὁμοίως λέγεσθαι δυνησόμενα. κωλύσει γὰρ οὐδεὶς τῷ "βασιλεύοντι, παῖδες εἰ εἰσὶ νέοι καὶ μήτηρ αὐτῶν ὑπο- "φαίνοιτο, πάντας ὑποπτεύειν τῷ πατρὶ ὀφεύ- "λειν δοκεῖν. ἀλλ' ὁ τὸ ὑποπτον προς τοιαύτῃ αἰσί- "σεως ἀρκετόν. εἰπάτω δή τις, ἡμῖν εἰ τετόλμηται "τοῦτον, ᾧ καὶ τοῖς μὴ πρὸς πίστιν εἰωθόσιν ὑπὲρ εὐερ- "γείας λαμβάνειν. φαρμάκῳ σκευωρεῖσθαι ἐλέγχειν "δυνατός τις, ἢ συνωμοσίαν ἡλικιωτῶν, ἢ ἀφθο- "γγοὺς οἰκετῶν, ἢ γεγράμματα κατὰ σοῦ γεγραμμένα; "κρίτου τούτων ἕκαστον ἐφ' ὅπῃ καὶ μὴ γενόμενον σὲ "ἀφανῶς ἐπλάσθη. χαλεπὸν γὰρ ὑπ' ὀμονοίᾳ οἰ- "κεῖ δὲ βασιλείᾳ· καὶ τῷ ἀρχικῷ, ὦ σὺ φὴς "ἔπαθλον εὐσεβείας, συμβαίνει πολλάκις αἰτίαν γε- "νέσθαι τοῖς πονηροτάτοις ἐλπίδων, δι' ἃς ὑπὸ μίαν "ὑποστολὴν ποιῶνται κακοηθείας. ἀδίκημα μὲν οὖν "οὐδεὶς ἐρεῖ καθ' ἡμῶν. τὰς δὲ ἀφαιρέσεις πῶς ἂν "λύσειεν, ὁ ἀκοῦσαι μὴ θέλων; ἐλαλήσαμεν τι μετὰ "παῤῥησίας; οὐκ εἰς σέ, τοῦτο γὰρ ὦ πάτερ, ἄθεσιν, ἀλλ' "εἰς τοὺς ὑφ' ὅτῳ λελάληκε μὴ σιωπῶντας. τίς μη- "τέρα τις ἡμῶν ἔκλαυσεν; οὐχ ὅτι τέθνηκεν, ἀλλ' "ὅτι καὶ νεκρὰ κακῶς ἤκουσεν ὑπὸ τῶν οὐκ ἀξίων. "ἀρχῆς ὀρεγόμεθα, ἧς [b] ἴσμεν ἔχοντα τὸν πατέρα; "τί καὶ θέλοντες; εἰ μὲν εἰσὶν ἡμῖν τιμαὶ βασιλέων, "ὥσπερ εἰσὶν, οὐ κεκοσμούμεθα; εἰ δ' οὐκ εἰσὶν, οὐκ "ἐλπίζομεν; ἢ σὲ ἀφαιρεισάμενοι κρατήσειν τῷ "βασιλείαν προσοδοκήσαμεν, οἷς ὅτι γῆ βάσιμος, "ὅτι πλωτὴ θάλαττα μετὰ τοῦτον ἔργον; ἢ δὲ τῶν "ἀρχομένων εὐσέβεια, καὶ θρησκεία τοῦ παντὸς ἔθνους, "ὑπέκειτο ἂν πατροκτόνοις ὅτι τῶν προαιρέσεων ἦν, "καὶ εἰς ἁγιώτατον ὑπὸ σοῦ καθασκευασθέντα "ναὸν εἰσέναι; τί δ' εἰ καὶ τῶν ἄλλων κατηφεσή-

patre appellato, crimina diluere aggreſſus eſt, dicebatque, "Pater, qua es in nos benevolen- "tia ſatis declarat hoc ipſum judicium. nam "ſi quid in nos durius in animo agitaſſes, nun- "quam ad omnium ſervatorem nos adduxiſſes. "etenim poteras, vel pro regia vel patria po- "teſtate, de ſontibus ſupplicium ſumere. Cæ- "terum Romam nos ducere, & hunc ipſum "teſtem adhibere, ſervare volentis *indicium* "eſt. nemo enim, cui in animo eſt quenquam "interficere, ad templa eum ſacrariaque per- "ducit. Verum pejori adhuc ſtatu res noſtræ "ſunt. non enim amplius vivere ſuſtinere- "mus, ſi talem patrem nos læſiſſe cuiquam "perſuaſum eſſet. Fortaſſe & hoc iſto dete- "rius: ut cum mori debuiſſemus boni & inno- "centes, ſceleris ſuſpecti viveremus. Jam vero ſi "quid valeret fiducia ex veritate, nobis lætiſſi- "mum eſſet tibi fidem facere, & periculum "effugere. Quod ſi ita vincit calumnia, ſatis "ſuperque nobis præſens hic dies, quem quor- "ſum ſuſpecti intueremur? Et quidem dum "dicis nos regnum affectare, accuſationem in "juvenes bene accommodas, dumque adjicis "iſtam à matris miſeræ interitu petitam, ex hac "infelicitate præſenti cumulus accedit. Sed "vide obſecro, annon hæc nobis cum omnibus "communia ſimiliter *de iis* dici poſſint. Ni- "hil enim vetabit, quin rex, cui filii ſint ju- "venes & matri defunctæ ſuperſtites, eos in "ſuſpicionem vocet, quaſi *patri* ſtruant inſi- "dias. ſed ſuſpicio non ſatis eſt ad fidem hu- "jusmodi impietati faciendam. Dicat itaque "quiſpiam, an tale aliquid auſi fuerimus, unde & "incredibilia propter *hominum* credulitatem "fidem acquirere conſueverunt. Poteſt ne quiſ- "quam indicare venenum paratum, aut con- "jurationem cum æqualibus, aut corruptos *pe-* "*cunia* famulos, aut ſcriptas contra te literas? "atqui horum ſingula interdum de nihilo fin- "git calumnia. Grave enim regno eſt diſſi- "dium & diſſenſio in regia: atque ſæpe fit ut "principatus, quem tu dicis eſſe pietatis præ- "mium, homines flagitioſiſſimos ad ſpem ex- "citet, quæ facit ut nihil mali intentatum re- "linquant. Cæterum injuriam alicui factam "nemo nobis objicit. nos vero calumniis quo- "modo liberabit, qui nobis auſcultare recuſat? "An paulo liberius loquuti ſumus? at non in "te; nam hoc nefas eſſet: ſed in eos, qui "nihil quod dictum fuerit ſilentio premunt. "An noſtrûm quis matrem deflevit? *at* non "quod interierit: ſed quod mortua ab homi- "nibus inhoneſtis male audierit. Num regnum "appetimus quod ſcimus à patre teneri? at "quid in animo habentes? ſi enim nobis ſint "regii honores, id quod fatendum, nonne fru- "ſtra laboramus? ſin minus, nonne eos ſpe- "rare licet? An te interfecto in regnum ſuc- "ceſſuros eſſe exſpectavimus; quibus, tali fa- "cinore commiſſo, nec terra ambulanda nec "mare navigandum? num ſubditorum pietas, "& totius gentis religio ferre potuerit, ut par- "ricidæ ſumma rerum potirentur, & in ſan- "ctiſſimum à te inſtauratum templum ingre- "derentur? Sed quid? ſi cæteros contemnere "datum

[a] Εὐεργεσία, ὑπόπτια *Heſych.* Verum ὑπ' εὐεργείας habet *Vat.* ὑπὲς εὐεργείας *Hen.* [b] Ita *Gall.* ἴσμεν in *cæteris.*

"datum fuiſſet, num qui te interfecerit, dum "Cæſar in vivis eſſet, pœnam effugere po- "tuerit? Non tam impios genuiſti, neque "tam ſtultos, ſed infeliciores forſan quam re- "bus tuis expediat. Quod ſi nec aliquid no- "bis vitio vertendum habes, nec inſidias *tibi* "*locatas* inveniſti, quid tanti erat ut poſſet "ejuſmodi impietatis tibi fidem facere? Ma- "ter *quidem* occidit. illius vero caſus *mise-* "*rabilis* nullam nos irritandi, ſed admonendi "vim habuit. Equidem pluribus cauſam agere "nobis in animo eſt: ſed excuſationem non "admittunt quæ nunquam commiſſa erant. "Quapropter coram Cæſare, omnium domi- "no noſtroque in præſentia ſequeſtro, hanc "tecum pactionem facimus. Si poſſis, ô pater, "revera affectum in nos induere ab omni ſu- "ſpicione vacuum, liceat nobis vivere, quam- "vis haud ita feliciter. grave enim eſt magno- "rum malorum etiam falſo inſimulari. verum ſi "quid eſt quod timeas, perge tibimet cautionem "adhibere, nos nobiſmet rationem reddemus. "non enim uſque adeo chara nobis eſt vita, ut "eam in autoris dammum conſervare velimus.

*Subit omnes juvenum miſeratio.*

4. Cum ita cauſam ageret, tum Cæſar, qui jam ante gravi adeo calumniæ non credebat, magis adhuc mutatus eſt, & Herodem, quem nonnihil etiam confuſum animadvertit, continenter aſpexit; tum omnes, qui aderant, anxii erant & ſoliciti de juvenibus, ſermoque *de illis* per aulam diffuſus regem in odium adducebat. Nam quod calumnia parum credibilis illis viſa eſt, juveneſque in flore ætatis erant ſummaque corporum pulchritudine, illorum miſertum eſt, & miſeratio omnes ad opem illis ferendam trahebat. Sed multo magis poſtquam Alexander tam ſolerter prudenterque patris accuſationi reſpondiſſet. Verum non illis idem manebat oris vultûſque habitus, lachrymantibus quidem & præ mœſtitia in terram intuentibus: ſpei tamen melioris nonnihil effulgebat, atque rex, ex iis quibus ipſe ad perſuadendum uſus eſt haud juſte accuſaſſe viſus, excuſatione aliqua egebat, ut qui nihil ipſe haberet quo dicta redargueret. At Cæſar, paulatim cunctatus, adoleſcentes, licet à crimine abeſſe viderentur, tamen in eo peccaſſe dicebat, quod non ſe tales erga patrem præſtitiſſent, ut hominum ſermones reprimerent. Herodemque hortatus eſt, ut, depoſita omni ſuſpicione, cum pueris in gratiam rediret. Iniquum enim eſſe talia de iis, quos genuiſſet, credere; fierique poſſe ut animorum mutatio non ſolum medeatur iis quæ utriſque acciderant, ſed & alliciat ad benevolentiam, dum invicem excuſantes ſuſpicionis temeritatem, æquum cenſebunt ut majori ſtudio ad mutuum amorem ferantur. Has inter admonitiones pueris innuit: cumque illi patri ad pedes accidere & veniam orare pararent, antevertit pater eos orantes complecti, & in collum utriuſque invadere; adeo ut nemo præſens eſſet, ſive ingenuus ſive ſervus, qui non ad miſericordiam adduceretur.

*Quid de illis ſenſerit Cæſar.*

*Patri reconciliantur.*

"σαμεν, ἐδυνάτό τις φοβοῦσας ἀπιμώρητ@ μένειν, "ζῶντ@ Καίσαρ@; ὅτ' ἀσεβεῖς ὄντως ἐγέννησας, "ὄντ' ἀλογίστους, ἀτυχεστέρους δ' ἴσως ἢ σοὶ κακῶς εἰ- "χεν. εἰ δὲ μήτ' αἰτίας ἔχεις, μήτ' ὀπιβουλὰς εὐ- "είσκεις, τί σοι πρὸς πίστιν αὐτάρκες τοιαύτης δυσ- "σεβείας; ἡ μήτηρ τέθνηκεν. ἀλλά τοι τὰ [a] κατ' "ἐκείνω, ὃ παροξύνει ἡμᾶς, ἀλλὰ νουθετεῖν ἐδύ- "ναται. πλείω μὲν ἀπολογεῖσθαι βουλόμεθα, λό- "γον δ' οὐκ ὀπιδέχεται τὰ μὴ γενόμενα. διόπερ, ὀπὶ "τῷ πάντων δεσπότῃ Καίσαρι μεσιτεύοντι @ πα- "ρόντα κριτῇ, σωπήσομεθα ταύτῃ τὴν σωπή- "κλιν. εἰ μὲν ἀνύποπτον ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας τὴν "πρὸς ἡμᾶς ἀφῆσιν ἀπολαμβάνεις, ὦ πάτερ, ζή- "σομεν, οὐδ' οὕτως μὲν εὐτυχῶς. δεινὸν γὰρ τῶν με- "γάλων κακῶν καὶ ψευδεῖς αἰτίας. παρούσης δὲ π- "ρὸς ὀρρωδίας, σὺ μὲν σὸ τῇ κατὰ σαυτὸν εὐσεβείᾳ "μένε, δώσομεν δὲ λόγον ἡμεῖς ἑαυτοῖς. οὐχ οὕτως ὁ "βί@ ἡμῖν τίμι@, ὡς ἔχειν αὐτὸν ἐπ' ἀδικίᾳ τῆ δεδωκότ@.

δ'. Τοιαῦτα δὲ λέγοντ@, ὅ, τε Καῖσαρ, σὸν τὸ πρότερον πιστεύων τῷ μεγέθει τῆς ἀμφολῆς, ἔτι μᾶλλον ἐξηλλάττετο, καὶ [b] συνεχὲς εἰς @ Ηρώδην ἀπέβλεπεν, ὁρῶν καὶκεῖνον [c] ὑποσυγχυνόμενον· ἀγω- νία τε τοῖς παροῦσιν ἐνεπεπλόκει, καὶ πρὸς τὸν αὐ- τὸν ὁ λόγ@ ἀμφοδεὺς ὀπίφοβον ἐποίει @ βα- σιλέα. τὸ γὰρ ἄπιστον τῆς ἀμφολῆς, καὶ τὸ πρὸς τὰς νεανίσκας σὺ ἀκμὴ καὶ κάλλει σωμάτων ἐλεεινὸν [d] ἐπε- σπᾶτο βοήθειαν. [e] ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπειδὴ καὶ τῷ λό- γῳ δεξιῶς καὶ μετὰ φρονήσεως ἀπήντησεν Αλέξαν- δρ@. [f] ὧν δ' ὧδ' ἐκείνοις ἔπι τοιοῦτον σχῆμα, κλαίου- σι μὲν ὅμως καὶ σὺν κατηφείᾳ πρὸς τὸν γλῶ νεν- ευκόσιν· ἡ δ' ἐλπὶς ἀμείνων ὑπεφαίνετο, καὶ δό- ξας ὁ βασιλεὺς ἐξ ὧν [g] αὐτὸς ἔπειθεν [h] οὐκ εὔλογα κατηγορηκέναι, [i] ἀφ' τὸ μηδὲν ἔχειν αὐτὸν ἐξελέγ- χειν, ἀπολογίας τινὸς ἐδέετο. Καῖσαρ δὲ μικρὸν ὀπι- σχὼν, τὰς μὲν νεανίσκας, εἰ καὶ πόρρω τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀμφολῆς δοκοῦσιν, αὐτόγε τοῦτο ἁμαρτεῖν ἔφη, τὸ μὴ τοιούτους αὐτοὺς παρέχειν τῷ πατρὶ, ὡς μηδὲ γενέσθαι τὸν ἐπ' αὐτοῖς λόγον. Ηρώδῃ δὲ παρεκάλει, πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀφελόντα, ἀμφαλάττεσθαι τοῖς παισίν. ὁ γὰρ εἰ δίκαιον οὐδὲ πιστεύειν τὰ τοιαῦτα χ' τ' ἐξ ἀλλ· δύ- νασθαι δὲ τ' μετάνοιαν ἀμφοτέρως ὁ μόνον ἰάσασθαι τὰ συμβεβηκότα, παροξύναι δὲ τ' εὔνοιαν, ὃ ᾧ ὃ προ- πετὴς ἑκάτερος τὰς ὑποψίας ἀπολογούμενοι, ταυτὸ ἢ πλείονι πρὸς ἀλλήλους ἀξιώσουσι κεχρῆσθαι. τοιαῦτα νου- θετῶν, [k] ἔνευσε τοῖς νεανίσκοις. ἐκείνων δὲ βουλομένων ὑποπεσεῖν ὅτι δεήσει, προαναλαβὼν αὐτοὺς ὁ πατὴρ δακρύοντας ἠσπάζετο, παρ' ἕκαστον ἐν μέρει περιπλόκους, ὡς μηδένα τ' ἀποτυγχανόντων, ἐλεύθερον ἢ δοῦλον, ἀπα- σῆ γενέσθαι.

ε'. Τότε

[a] Κατ' ἐκείνης *Vat.* & mox ἐδὲ παρ. & ſtatim ἐδυνάτο. [b] Συνεχῶς *Busb.* [c] Υποσυγκεχυμένον *Busb.* & *Zonar.* ut & alibi apud *Joſephum.* [d] Επεσπάσατο *Busb.* [e] Ετι δὲ μ. *Busb. Vat.* & *Hen.* ἔρrima manu. [f] Ην δὲ ἐκείνοις *Hen.* ἦν δ' ἐκείνοις *Busb.* atque ita accepiſſe videtur *Gelenius*, qui vertit: *manentibus reis in eodem habitu, & præ mœſtitia humentes oculos in terram dejicientibus.* [g] Ita lego. αὐτὸν in *libris* tam *Editis* quam *MSS.* [h] Illud οὐκ inſerui è *Cod. Busb.* [i] Διὰ τὸ μηδὲν αὐτὸν ἐλέγχειν *Busb.* ἀφ' τὸ μηδὲν ἔχειν, δῆλ. *Hen.* & *Vat.* [k] Apud *Zonaram*, ἔνευσε τοῖς νεανίσκοις προσπεσεῖν τῷ πατρί. atque ita fortan *Epiphanius* legebat, qui vertit, *juvenibus innuit ad veſtigia patris ſeſe projicere. qua ſupplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter complexus* &c.

a Καὶ

ε'. Τότε μὲ οὖν εὐχαριστησάντων Καίσαρι μετ' ἀλλήλων ἀπῆσαν, [a] καὶ σὺν αὐτοῖς Ἀντίπατρος ὑποκρινόμενος εὐφυῶς τῆς διαλλαγῆς. [b] Τῇ δὲ τῆς ὑστεραίας ἡμέρας Ἡρῴδης μὲ ἐδωρεῖτο Καίσαρα τριακοσίοις ταλάντοις, ἀγῶνά τε καὶ διανομὰς ποιήσαντι τῷ Ῥωμαίων δήμῳ· Καῖσαρ δὲ αὐτῷ τε μετάλλου τοῦ Κυπρίου χαλκοῦ τὸ ἡμίσειαν τοσοῦτον καὶ τὸ ἡμισείας τὴν ὀπιμέλειαν ἔδωκεν, καὶ τἄλλα ξενίαις καὶ καταγωγαῖς ἐτίμησε, καὶ τοῦ βασιλείας αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν ἐφῆκεν, ὃν ἂν αἱρῆται τῶν παίδων διάδοχον [c] καθιστάναι, ἢ καὶ διαιρεῖν μέρος ἑκάστῳ τὸ πᾶν εἰς πάντας [d] διελευσομένης. ἐκείνου δὲ ἤδη θέλοντος αὐτὸ ποιεῖν, [e] οὐκ ὀπισέψειν ἔφη ζῶντι μὴ καὶ τοῦ βασιλείας καὶ τῶν παίδων κρατεῖν.

ς'. Ἐπὶ τούτοις ἐπανῆκε πάλιν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ἀποδημοῦντος δὲ, ὁ μικρὸν μέρος ἀπέστη τῆς ἀρχῆς, τὸ περὶ τὴν Τραχῶνα· καὶ τούτους ⓐ καταλειφθέντες στρατηγοὶ χειρωσάμενοι, πάλιν ὑπακούειν ἠνάγκασαν. Ἡρῴδης δὲ πλέων σὺν τοῖς παισὶν, ὡς ἐγένετο κατὰ Κιλικίαν ἐν [f] Ἐλεύσῃ, τῇ μετονομασμένῃ νῦν [g] Σεβαστῇ, καταλαμβάνει τὸν βασιλέα τῆς Καππαδοκίας Ἀρχέλαον, ὃς αὐτὸν ἐκδέχεται φιλοφρόνως, ἡδόμενος ὅτι τὰς τῶν παίδων ἀλλαγὰς, καὶ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου, ὃς εἶχεν αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, [h] τὰς αἰτίας ἐπανελύσω· δωρεάς τε [i] ἀντέδωκαν ἀλλήλοις ἃς εἰκὸς βασιλεῖς. Ἐντεῦθεν Ἡρῴδης, ὅτι [k] Ἰουδαίας ἐλθὼν, καὶ γενόμενος ἐν τῷ ἱερῷ, περὶ τῶν πεπραγμένων [l] κατὰ τὴν ἀποδημίαν διελέγετο, τήν τε Καίσαρος εἰς αὐτὸν φιλοφροσύνην, καὶ τἄλλα διεξιὼν, ὅσα κατ' μέρος αὐτῷ προεχθέντα συμφέρειν ἡγεῖτο καὶ [m] τὰς ἄλλας εἰδέναι· τέλος ὅτι νουθεσίᾳ τῶν παίδων κατέκρεψε τὸν λόγον, τὰς περὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος εἰς ὁμόνοιαν προκαλῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς μετ' αὐτὸν ἀποφαίνων βασιλέας γενέσθαι, [n] πρῶτον μὲ Ἀντίπατρον, εἶτα καὶ τοὺς ἐκ Μαριάμμης Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον. ἐν δὲ τῷ τότε πάντας ἀποβλέπειν εἰς αὐτὸν ἀξιῶν, καὶ βασιλέα καὶ δεσπότην ἁπάντων δοκεῖν, μήτε γήρᾳ παραποδιζόμενον, ἐν ᾧ δὴ χρόνῳ τὸ πρὸς ἀρχὴν ἐμπειρότατον ἔχοι, ὅτε τοῖς ἄλλοις ὑποτηδεύμασιν ἐλαττούμενον, ἃ δύναται καὶ βασιλείας κρατεῖν καὶ παίδων ἄρχειν· τούς τε ἡγεμονίας καὶ τὸ στρατιωτικὸν, εἰ πρὸς ἕνα βλέπειν αὐτὸν, ἀταράχους ἕξειν τὴν βίου ἕξιν, καὶ πᾶσαν ἀφορμὴν εὐδαιμονίας ἐξ ἀλλήλων ἔσεσθαι. Ζῶντ' εἰπὼν, ἀφίησιν τὴν ἐκκλησίαν· τοῖς πλείστοις μὲ [o] ἀρεστὰ [p] διειλεγμένος, οἷοις δ' οὐχ ὁμοίως. ἤδη γὰρ ὑπὸ τῆς ἀμίλλης καὶ τῆς ἐλπίδος ἃς ἐδεδώκει τοῖς παισὶν, ἐνεωτέριζε πολλὰ, καὶ νεωτέρων ἐφιέμενα.

5. Et tunc quidem Cæſari gratias egerunt, & una diſceſſerunt, comitante Antipatro cum ſimulatione lætitiæ ob amoris redintegrationem. Sequentibus autem diebus largitus eſt Herodes Cæſari trecenta talenta, ludos agenti & Romano populo congiaria dividenti: & Cæſar ei dimidium reditum æris Cyprii donavit, & alterius dimidii curam commiſit, & præterea hoſpitiis & manſionibus eum honoravit, atque de regno ei poteſtatem dedit, quem vellet filiorum ſucceſſorem ſuum conſtituendi, aut honorem in ſingulos pro rata parte dividendi. Cumque Herodes id è veſtigio facere veller, negavit Cæſar permiſſurum ſe, ut non per omnem vitam dominus eſſet & regni & filiorum. *Antipater lætitiam ſimulat ex reconciliatione patris & fratrum.*

6. Poſtea ille rurſus in Judæam rediit. Dum autem peregre abeſſet, Trachonitæ, ejus ditionis pars non exigua, rebellarunt: ſed relicti illic duces eos ſubegerunt, iterumque ſub imperium redegerunt. Cæterum Herodes, cum filiis navigans, ubi juxta Ciliciam appulit ad *inſulam* Eleuſam, quæ nunc mutato nomine Sebaſte dicitur, illic offendit Archelaum Cappadociæ regem, qui eum perhumaniter excipit, lætus admodum quod cum filiis in gratiam rediiſſet, quodque Alexander, qui filiam ejus *in matrimonio* habuit, crimina ei objecta diluiſſet: atque munera, quæ regibus convenirent, ſibi invicem largiti ſunt. Inde Herodes in Judæam reverſus, ingreſſuſque in templum, de iis quæ in profectione ſua egiſſet orationem habuit, Cæſaris in ipſum liberalitatem narrando perſequens, ut & præcipua quæque ab ipſo geſta, quæ non neſcire aliorum intereſſe exiſtimabat: & in extremo ſuæ orationis filios ſuos monitis inſtruxit, aulicoſque & reliquum populum admonuit, ut concordiam tuerentur; declaravitque filios poſt ſe regnaturos, primum Antipatrum, deinde Mariamnes liberos, Alexandrum & Ariſtobulum. In præſentia autem edixit ut omnes in ipſum intuerentur, eumque pro domino & rege ducerent, nihil ſenectute impeditum, quæ ex omni vitæ tempore rerum uſu aptiſſima ad imperium exercendum, atque aliis non cedit inſtitutis, quibus poſſumus regna moderari & liberos regere: duces quoque cum exercitibus, ſi ſe unum reſpiciant, ſumma tranquillitate vitam acturos eſſe dicebat, ſibique invicem omnino fore felicitatis auctores. His dictis, conventum dimiſit: fuitque ejus oratio grata multis, ſed aliis non item. jam enim ex contentione & ſpe quam filiis dederat, multi res novas moliebantur earumve deſiderio tenebantur. *Trachonitæ rebelles domantur.* *Herodis poſt reditum concio ad populum.*

---

## Ϛ'. ΚΕΦ. ε'. CAP. V. IX.

Ὡς Ἡρῴδης ἀγῶνας ἤγαγε πενταετηρικοὺς ἐπὶ τῇ Καισαρείας κτίσει· ὡς τε τόπους πλείους μεγαλοπρεπῶς ᾠκοδόμησε καὶ ἐκόσμησε, πολλά τε ἄλλα λαμπρῶς ἔπραξεν.

*Quomodo Herodes quinquennale certamen ob Cæſaream ædificatam celebravit: utque loca quamplurima magnifice ædificavit ornavitque, atque alia multa ſplendide geſſit.*

Περὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον συντέλειαν ἔλαβεν ἡ Καισάρεια [q] Σεβαστὴ ἣν ᾠκοδόμει, [r] δεκάτῳ μὲ ἔτει πρὸς

Circa id tempus Cæſarea Auguſta, quæ ab eo condebatur, perfecta & abſoluta eſt, decimo quidem anno ad finem perducto *Herodes, exædificata Cæſarea, ludos agit.*

---

*a* Καὶ μετ' αὐτῶν *Buſb.* *b* Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ *Buſb.* & *Zonar.* *c* Καθιστᾶν *Zonar.* *d* Ἐλευσομένης *Vat.* & *Hen.* à prima manu. *e* Οὐκ ἐπιτρέψειν ἔφη, ζῶντι ἢ τῆς βασιλείας ἔφη κρ. *Hen.* & *Vat.* *f* Ἐλεύσῃ νῆσος, σεσεισμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος, καὶ μετωνόμασεν βασίλιον. *Strabo*, l. 14. *g* Νῦν Σεβαστὴ Κιλικίας, ἡ νῦν Σεβαστή. *Steph. Byzant.* voce Ἐλαιοῦσσα. *h* Τὰς αἰτίας *Buſb.* *i* Ita *Vat.* ἀντέδοσαν in reliquis. *k* Ἰουδαίων *Buſb.* *l* Περὶ *Vat.* & *Hen.* à prima manu. *m* Τὰς ἄλλας *Vat.* & *Hen.* à prima manu. ut & mox κατέκρεψε. *n* Πρῶτον μὲ τὸν Ἀντίπατρον, εἶτα καὶ τοὺς Μαριάμμης *Buſb.* *o* Ἀρεστὰ *Buſb. Hen.* & *Vat.* *p* Ita *Buſb.* διειλεγμένος *Vat.* διαλεγόμενος in *Editis Aliiſque.* *q* Σεβαστὴ abeſt ab *Epiphanii* libris. *r* Lib. XV. c. IX. p. 695, v. 39. ᾠκοδόμει (Καισάρεια)

perducto toto opere, ſtata autem ſolennitate in annum ejus regni duodetrigeſimum & Olympiadem centeſimam nonageſimam ſecundam incidente. Statim itaque ad eam dicandam magnam adhibuit celebritatem & ſumptuoſiſſimum apparatum. Indixit enim certamen muſicum, & ludos gymnicos. nam gladiatorum magnum numerum & ferarum præparaverat, curſuſque equorum & quicquid ejuſmodi ſtudii pretioſius erat & Romæ & alibi uſpiam. Quin & hoc certamen Cæſari conſecravit: quod ita inſtituit, ut per ſingula quinquennia inſtauraretur. Ille autem omnem ad iſtiuſmodi ſpectacula apparatum propriis ſumptibus ſuppeditari voluit, ut inde major eſſet liberalitatis ſuæ laus. Verum & de ſuo Julia, Cæſaris uxor, multa ex iis, quæ in Italia maximo in pretio habita, mittenda curavit, ut nihil ad *ſplendorem* deeſſet. ſumma omnium efficiebat quingenta talenta. Cum autem in urbem ſpectatum conveniſſet ingens multitudo, & legationes, quæ à *diverſis* populis mittebantur ob accepta beneficia, omnes excepit diverſoriis & menſis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia ſpectaculis ſe totos dies oblectat, noctu vero lætitiis & ſumptibus in eas profuſis: adeo ut ab univerſis extolleretur ob animi magnitudinem. Nam in omnibus, quibus ſtuderet, id agere contendebat, ut quæ prius oſtenſa erant longe ſuperaret. Atque perhibetur & Cæſarem ipſum & Agrippam aliquoties dixiſſe, Herodis imperium minime reſpondere animi ejus magnitudini: dignum enim eſſe qui totius etiam Syriæ & Ægypti regno potiretur.

*Ludorum magnificentia.*

2. Poſt hanc autem celebritatem & lætitiam aliam urbem condidit in campo qui dicitur Capharſaba, electo ad hoc loco irriguo, & terra arboribus accommodata, & amne urbem ipſam circumfluente, & luco *eam* circumdante pulcherrimo, pro arborum magnitudine. Hanc ab Antipatro patre nominavit Antipatridem. Ædificavit & alium locum ſupra Hierichuntem, magnæ ſecuritatis nec minoris ad habitandum amœnitatis, quem matris ſuæ nomine Cypron appellavit. Porro fratri Phaſaëlo, ex ſuo erga illum amore, monimentum dedicavit pulcherrimum, turrim in ipſa urbe exſtructam, quæ magnitudine Phariam adæquaret, eamque Phaſaëlum nuncupavit, quæ & urbi partim eſſet in ſecuritatem & *fratri* defuncto in memoriam propter appellationem. Itemque urbem ipſi cognominem conſtruxit in valle Hierichuntia, qua itur boream verſus: quæ in cauſa erat, ut terra omnis finitima, *antea fere* deſerta, incolarum induſtria cultior evaderet. hanc autem Phaſaëlidem nominabat.

*Herodes oppida quædam condit.*

*Antipatris exſtructa.*

*Cypron conditum.*

*Phaſaëlus turris & oppidum.*

3. Quin & alia ejus beneficia longum eſſet dicere, quæ contulit in civitates, tum in Syria, tum in Græcia, & ubicunque eum ver-

*Herodis in exteros liberalitas.*

τέλος ἐλθόσης αὐτῷ τ ὅλης κατασκευῆς, ἐκπεσούσης δὲ τ πανηγυρικῆς εἰς [a] ὄγδοον καὶ εἰκοστὸν ἔτος τ ἀρχῆς, ἐπ' [b] Ολυμπιάδος δευτέρας καὶ ὀγδηκοστῆς περὶ τὰς ἑκατόν. [c] ἣν οὖν εὐθὺς περὶ τὴν καθιερώσεις μείζονι ἑορτῇ, καὶ παρασκευαῖς πολυτελέσταις. κατηγγέλκει μὲν γὰρ ἀγῶνα μουσικῆς, καὶ γυμνικῶν ἀθλημάτων. παρεσκευάκει δὲ πολὺ πλῆθος μονομάχων καὶ θηρίων, ἵππων τε δρόμον, καὶ τἆλλα πολυτελέστερα τ ὧν τῇ Ρώμῃ [d] καὶ παρ' ἄλλοις πᾶσιν ἐπιτηδευμάτων. ἀνετίθει δὲ καὶ τοῦτον τ ἀγῶνα Καίσαρι, [e] ἐκ πενταετηρίδος παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν· ὁ δ' αὐτῷ πᾶσαν τιμὴν εἰς τὰ τοιαῦτα παρασκευὴν ἀπὸ τ οἰκείων διεπέμπετο, τιμῶν φιλοτιμίαν ἐπικοσμῶν. [f] ἰδίᾳ δὲ καὶ ἡ γυνὴ Καίσαρος [g] Ιουλία, τὰ πολλὰ τῶν ἐκ πολυτελεστάτων ἀπέστειλεν, ὡς [h] μηδὲν ὑστερεῖν. τὰ πάντα σωτιμώμενα παλάντων πεντακοσίων. συνελθόντος δὲ εἰς τὴν πόλιν ὄχλου πλείονος ἐκ θεωρίαν, [i] καὶ πρέσβεων ὡς ἔπεμπον οἱ δῆμοι, δι' ἃς ἐπεπόνθεισαν εὐεργεσίας, ἄπαυλας ἐξεδέξατο καταγωγάς, καὶ τραπέζας, καὶ διηνεκέσιν ἑορτάς, ἐ παντηγύρεως ἐν μὲ ταῖς ἡμέραις ἐχούσης τὰς ἀπὸ τ θεαμάτων ψυχαγωγίας, ἐν δὲ ταῖς νυξὶ τὰς εὐφροσύνας καὶ τὴν εἰς τοῦτο πολυτέλειαν, ὡς ἐπίσημον γενέσθαι τ μεγαλοψυχίαν αὐτ. εἰς πάντα γὰρ, ἅπερ ἂν ἐπιτηδεύσειεν, ἐφιλονείκει τῇ τ ἤδη γεγενημένων ἐπίδειξιν ὑπερβάλλεσθαι. καὶ φασὶν αὐτόν τε Καίσαρα καὶ Αγρίππαν πολλάκις εἰπεῖν, ὡς ἀποδέοι τὰ τῆς ἀρχῆς Ηρώδῃ τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ μεγαλοψυχίας· ἄξιον γὰρ εἶ) καὶ Συρίας ἁπάσης καὶ Αἰγύπτου τὴν βασιλείαν ἔχειν.

β'. Μετὰ δὲ τ πανήγυριν τούτων καὶ τὰς ἑορτὰς, πόλιν ἄλλην ἀνήγειρεν ἐν τῷ πεδίῳ τῷ λεγομένῳ [k] Καφαρσαβᾶ, τόπον ἔνυδρον καὶ χώραν ἀρίστην φυτοῖς εὐλέξας, ποταμῷ τε περιῤῥέοντος τὴν πόλιν αὐτὴν, καὶ καλλίστῳ κατὰ μέγεθος τ φυτῶν περιφλοίσβοτος ἄλσους. τοῦτον ἀπὸ Αντιπάτρου τ πατρὸς Αντιπατρίδα προσηγόρευσεν. ἐπώνυμον δὲ καὶ τῇ μητρὶ χωρίον ὑπὲρ Ιεριχοῦντα οἰκοδομήσας, ἀσφαλείᾳ τε διαφορον, ἐ καθαρότητος ἥδιστον, ἐκάλεσε Κύπρον. Φασαήλῳ τε τ ἀδελφῷ μνημεῖα διὰ τ γεγενημένην πρὸς αὐτὸν φιλοστοργίαν [l] ἀνετίθει τὰ κάλλιστα, πύργον ἐπ' αὐτῆς τ πόλεως ἀναστήσας, [m] ὑδὲν ἐλάττω τ Φάρου, ὃν προσηγόρευσεν Φασαήλιον, ἀσφαλείας τε τῇ πόλ μέρος ὄντα, ἐ μνήμης τῷ τετελευτηκότι διὰ τ προσηγορίαν. ὁμώνυμον δὲ αὐτῷ, ἐ πόλιν περὶ τ αὐλῶνα τ Ιεριχοῦντος ἔκτισεν, ἀπόντων πρὸς Βορρᾶν ἄνεμον, δι' ἧς καὶ τὴν πρὸς χώραν ἔρημον ἅπασαν ἐργοτέραν ἐποίησεν τοῖς ἐπιμελείαις τ οἰκητόρων. Φασαηλίδα καὶ τοῦτον ἐκάλ.

γ'. Τὰς δὲ ἄλλας εὐεργεσίας ἄπορον εἰπεῖν, ὅσας ἀπέδωκεν τοῖς πόλεσιν, ἔν τε Συρίᾳ, ἐ πρὸς τ Ελλάδα, ἐ παρ' οἷς ποτ'

ρεια) ἐξετελίσθη διαδεκάτῃ χρόνῳ. adeo ut, forſan hîc reſcribendum διαδεκάτῳ. id quod probare conatur *Petitus* in *Animadverſ. ἀκυβέρνητος*, tom. 3. p. 319. *a* Anno regni Herodis (poſt Antigoni mortem inchoati) XXVIII. *Uſſer.* ad A. M. 3994. *b* Anno videlicet illius tertio. *Id.* Vide *Noriſii* Cenotaphia Piſana, p. 153. *c* Ην οὖν εὐθὺς καθιερώσεως μείζονος ἑορτῆς *Vat.* & *Hen.* à prima manu. *d* Και παλαιοῖς τισιν *Vat.* & *Hen.* à pr. m. *e* Και πεντ. *Vat.* & *Hen.* à pr. m. *f* In libris ἰδίᾳ, abſque puncto ſubſcripto. *g* Ita Liviam, Auguſti uxorem, paſſim appellat, ut & alii, poſtquam in familiam Juliam adſumeretur ex teſtamento Auguſti, ut narrat *Tacitus* in *Annalium* libro primo. *h* In libris, ὡς μηδὲν ὑστερεῖν τοῖς πάντα &c. nulla diſtinctione adhibita. *i* Ita *Buſb.* & ut puto, *Epiphan.* τῇ πεντηκοστῇ ἡμ in *Editis Aliiſque*. *k* Lib XIII. c. XV. p. 598. v. 4. ἀπὸ τ Χαφαρσαβᾶ, ἣ νῦν Αντιπατρὶς καλεῖται. adeo ut idem eſſe videatur nomen urbis & campi. Hîc loci etiam Καφαρσαβᾶ habet *Cod. Gall.* *l* Επίθει *Vat.* & *Buſb.* *m* Οὐδὲν ἔλαττον *Hen. Buſb.* & *Vat.*

*a* Mallem

ποτ' ἂν ἀποδημήσας τύχα. καὶ γὰρ πλείους λειτουργίας, καὶ δημοσίων ἔργων κατασκευὰς, καὶ χρήματα τοῖς δεομένοις ἔργοις [a] εἰς ὀπιμέλειαν, τῶν πρότερον ἀκαλεπόντων, ἄφθονα χαρίσασθαι δοκῶ. τὰ δὲ μέγιστα καὶ λαμπρότατα τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, Ροδίοις μὲν τὸ τε Πύθιον ἀνέστησεν οἰκείοις ἀναλώμασι, καὶ παρέσχεν ἀργυρίου πολλὰ τάλαντα πρὸς ναυπηγίαν. [b] Νικοπολίταις δὲ τοῖς ἐπ' Ακτίῳ κτισθεῖσιν ὑπὸ Καίσαρος τὰ πλεῖστα τῶν δημοσίων συγκατεσκεύασεν. Αντιοχεῦσι δὲ, τοῖς ἐν Συρίᾳ μεγίστην πόλιν οἰκοῦσιν, καὶ κατὰ μῆκος τεμνει πλατεῖα, [c] ζωστὴν αὐτὴν στοαῖς παρ' ἑκάτερα, καὶ λίθῳ τὴν ὑπαυθρον ὁδὸν ξεστῷ καταστρέσας, πλεῖστον εἰς κόσμον καὶ τὴν τῶν οἰκούντων εὐχρηστίαν ὠφέλησεν. τόν γε μὴν Ολυμπιάσιν ἀγῶνα, πολὺ τῆς προσηκούσης ἀδοξότερον ὑπ' ἀχρηματίας [d] Διατιθεμένων, τιμιώτερον ἐποίει, χρημάτων προσόδους καταστήσας· καὶ πρὸς θυσίας καὶ ἄλλον κόσμον [e] ἑστιατοποίησεν τὴν πανήγυριν. Διὸ δὴ ζωστὴν τὴν φιλοτιμίαν δίκαιος ἀγωνοθέτης ἐν τοῖς πλείστοις ἀνεγράφη.

δ'. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐπέρχεται θαυμάζειν τὸ δεινὸς τῆς ἐν τῇ φύσει προαιρέσεως. ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὰς φιλοτιμίας καὶ τὰς ἐνεργασίας ἀπίδωμεν, ἃς ἐκέχρητο πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἄν τις αὐτὸν καὶ [f] τῶν ἐλαττόνων [g] τετιμηκότων ἠρνήσατο μὴ σπουδολογεῖν εὐεργετικωτάτην κεχρῆσθαι τὴν φύσιν. ὅταν δὲ εἰς τὰς τιμωρίας καὶ ἀδικίας, ἃς εἰς τοὺς ἀρχομένους καὶ τοὺς οἰκειοτάτους ἐπεδείξατο βλέψῃ [h] τις, καὶ καταμάθῃ τὸ σκληρὸν καὶ τὸ [i] δυσπαράγωγον τοῦ τρόπου, νικηθήσεται θηριώδη δοκεῖν καὶ πάσης μετριότητος ἀλλότριον. ἔνθεν καὶ διάφοροί τινα καὶ μαχόμενοι ἐπ' αὐτῷ νομίζουσι γενέσθαι τὴν προαίρεσιν. ἐγὼ δ' οὐχ ὅτως ἔχειν, μίαν αἰτίαν ἀμφοτέρων τούτων ὑπολαμβάνω. φιλότιμος γὰρ ὢν, καὶ τούτου τοῦ πάθους [k] ἠπιμένου ἰσχυρῶς, προσήγετο μὲν εἰς μεγαλοψυχίαν, εἶπου μνήμης εἰς αὖθις ἡ κατὰ τὸ παρὸν εὐφημίας ἐλπὶς ἐμπέσοι. ταῖς δὲ δαπάναις ὑπὲρ δύναμιν χρώμενος, ἀναγκάζετο χαλεπὸς εἶναι τοῖς ὑποτελέσι. τὰ γὰρ εἰς ὕς ἐδαπάνα πολλὰ γινόμενα, [l] κακὸν ποιεῖσθαι ἐξ ὧν ἐλάμβανεν ἐποίει. καὶ σπουδῶς ἐφ' οἷς ἠδίκει τοὺς ὑποτελεῖς μισούμενον ἑαυτὸν, τὸ μὲν ἐπανορθοῦσθαι τὰς ἁμαρτίας οὐ ῥᾴδιον ἐνόμιζεν· οὐδὲ γὰρ εἰς τὰς προσόδους λυσιτελὲς ἦν· ἀντιφιλοτείμει δὲ τὴν δύσνοιαν αὐτῷ εὐποιΐας ἀφορμὴν ποιούμενος. εἰ μὲν [m] οὖν τοὺς οἰκείους εἴ τις λόγῳ μὴ προσδοῖτο ἅλλον ὁμολογούμενος, [n] ἢ δόξειεν εἰς τὴν ἀρχὴν τι προσκτᾶσθαι, οὐκ ἰσχυὸς ἑαυτῷ κρατῶν ἐγίνετο, καὶ διεξῆλθεν ὁμοῦ συγγενεῖς καὶ φίλους, ἴσα πολεμίοις τιμωρούμενος, οὐκ ὢν μόνος ἥλιῳ τετιμῆσθαι τὰς

sari contigit. nam & ingentem pecuniæ vim impendiſſe videtur pluribus muneribus publicis, & publicorum operum exſtructionibus, operibuſque non ſatis curatis, exhauſta, quæ jam ante ſuppeditata erat, pecunia. Maxima vero & nobiliſſima ab eo facta erant in Rhodiorum gratiam, quibus Pythium templum ſuis ſumptibus exædificavit, & ad naves compingendas multa argenti millia præbuit. Nicopolitarum autem urbi, apud Actium à Cæſare conditæ, ad pleraque loca publica exſtruenda, plurimum contulit. Antiochenſibus etiam, maximam in Syria urbem habitantibus, plateam, mediam ejus longitudinem ſecantem, porticibus ex utraque parte incluſam dedit, & viam ejus ſubdialem lapide polito ſtravit, ad maximum ejus ornamentum & incolarum commoditatem. Porroque fecit ut ludi Olympiaci, propter pecuniæ inopiam nominis gloriæ haud ſatis reſpondentes, majori in honore haberentur, annuos eis reditus aſſignando: & quoad ſacrificia aliumque apparatum magnum celebritati honorem conciliavit. Ob hanc itaque liberalitatem fere omnium voce perpetuus in tabulas relatus erat Agonotheta.

*Pythium templum ab Herode exſtructum.*

*Ludi Olympii ab eo magnifice inſtaurati.*

4. Jam vero alios forſan ſubeat mirari tantam in eo animi ingeniique diverſitatem. Nam ſi ejus liberalitatem ſpectemus & beneficentiam, qua erga omnes uſus eſt, non eſt ſane ut quiſquam, qui vel minimum ei tribuerit, inficias eat, quod natura propenſiſſimus fuerit ad benefaciendum. Sin autem quis reſpexerit ſupplicia & injurias, quibus ſubditos affecit & ſibi conjunctiſſimos, ſecumque perpendat quam durus fuerit & inexorabilem ſe præbuerit, victus fatebitur ipſum videri ferum & immanem & ab omni manſuetudine alienum. unde *plerique* exiſtimant voluntatem ei variam fuiſſe & ſibi diſſentientem. Ego vero, ſeorſum ab iis ſentiens, unam eandemque utriuſque cauſam fuiſſe arbitror. Eo enim quod honoris eſſet cupidiſſimus & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, ſicubi ſpes eſſet aut in præſens laudis aut in poſterum memoriæ: quare quod profuſior eſſet ſumptibus quam res pateretur, ſubditis aſper & iniquus eſſe cogebatur. nam cum aliis plurimum largiretur, neceſſe erat id aliquando ab aliis male quærere. ſibique conſcius, quod ſubditorum in odium incurrerit ob injurias illis factas, difficile quidem arbitrabatur vitia iſta corrigere *& offenſas lenire* (neque enim fieri potuit niſi reditus ſuos minueret) contra vero nitebatur, ex illorum malevolentia captans occaſionem ſuas augendi facultates. Et quidem ad familiares quod attinet, ſi quis ad ejus voluntatem non loqueretur, ſervum ſe ei *obſequentiſſimum* profitendo, aut aliquid in regnum ejus moliri creditus fuerit, ex impotentis animi effrenatione cognatos ſimul & amicos perſequebatur, tanquam in hoſtes vindicatum eſſet, iſtiuſmodi in ſe peccata admittens, quod

*Herodis ingenium varium, & hujus diverſitatis cauſæ.*

a Mallem εἰς ἐπιμέλειαν. b Ita *Suetonius* de Nicopoli: *Quoque Actiaca victoriæ memoria celebrior in poſterum eſſet, urbem Nicopolin apud Actium condidit, ludoſque illic quinquennales conſtituit.* c Hîc verbum aliquod excidiſſe ſuſpicor, quod agnoviſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *ex utraque parte porticibus ornavit.* d Διατιθέμενον *Busb.* e Ita *MSS.* ἑστιατοποίησεν in *Editis.* f Ita *Gen.* τ' ἐλαττόνων τετιμηκότων *Baſ.*. g Τετιμημένων *Vat.* & *Hen.* à prima manu. h Illud τις è *Cod. Busb.* i Δυσπαραίνετον *Vat.* & *Hen.* à pr. m. k Ἡπιωμένου *Busb.* l Κακὸν ποιεῖσθαι ἐξῆν ὑποτελέσαι με ποιεῖν *Vat.* & *Hen.* à pr. m. m Οὖν deeſt *Vat.* n Η παρὰ τοῦ ὑπάτου ἴσχυε ἰσοῦσθαι τῇ ἀρχῇ, ἢ τι δὲ αὐτῷ πραγματεύσαιτο. *Zonaras.*

3. Huc & majus quiddam contra juvenes accedit, dum novæ ſemper in eos excogitantur calumniæ, & omnes ut ita dicam certatim id agunt, ut grave aliquid de iis ad regem deferrent, quod pro ſalute ipſius facere videretur. Erant Herodi ſatellites duo, qui propter corporis fortitudinem & proceritatem habebantur in pretio, videlicet Jucundus & Tyrannus. Ii, offenſo rege depulſi, cum Alexandro equitabant, &, quoniam homines exercitati eſſent, erant in honore, & auri aliquantum, aliaque dona accipiebant. Quapropter rex eos ſtatim ſuſpectos habuit, & in quæſtionem vocavit. Illi vero, poſtquam diu perſtiterant, tandem dixerunt, Alexandrum ſibi perſuadere voluiſſe, ut Herodem in venatione feras perſequentem occiderent. facile enim confingi poſſe, equo delapſum ſuiſmet venabulis tranſfixum eſſe. nam & ante pene ſimile quiddam ei acciderat. ſimulque indicaverunt aurum in equili defoſſum eſſe, & venatorum præfectum convicerunt, ſibi regia venabula, & Alexandri aulicis arma, ipſius juſſu, dediſſe.

*In Alexandrii præfectum quæſtio.*

4. Poſt hos comprehenditur & torquetur præfectus præſidii Alexandrii: quippe accuſatus, promiſiſſe adoleſcentibus ſeſe eos caſtello recepturum, eiſque regiam pecuniam, quæ in ea munitione eſſet, traditurum. Atque ipſe quidem *præfectus* nihil confeſſus eſt: ſed prodiit ejus filius, & ita eſſe dixit; literaſque tradidit ſcriptas, ut videbatur, manu Alexandri, *in hanc ſententiam.* "Perfectis, ſi Deus vo-
*Literæ fictæ à Diophanto, manum Alexandri aſſimulante.*
"luerit, omnibus quæ inſtituimus, veniemus ad "vos: ſed date operam, ſicut promiſiſtis, ut "nos caſtello recipiatis". Poſt hanc ſchedam non dubitabat Herodes, quin inſidiæ ſibi à filiis paratæ fuerint. Alexander autem dicebat, manum ſuam à Diophanto notario aſſimulatam, eamque ſchedam ab Antipatro malitioſe effictam. Erat enim Diophantus aſſimulandarum literarum peritiſſimus; tandemque alias ſimulaſſe convictus morte pœnas dedit.

5. Eos autem, *in quos fœrat* habita quæſtio, produxit rex Hierichunte ad populum, ut accuſarent pueros: atque illos quidem multi lapidibus obrutos necarunt. cum vero idem Alexandro & Ariſtobulo facturi eſſent, hoc ipſum quidem nè fieret prohibuit rex, per Ptolemæum & Pheroram populi impetum reprimendo. at pueros ita concludendos cuſtodiendoſque curavit, ut eos adiret nemo, cunctaque eorum facta & dicta obſervarentur. Et nihil omnino à condemnatis differebant infamia & *futuri* metu. Eorum autem alter Ariſtobulus tantum animi dolorem concepit, ut
*Operam dat Ariſtobulus ut Salomen Herodi infenſam reddat.*
Salomæ amitæ ſocruique ſuæ perſuadere tentaverit, ut ipſius calamitatem acerbe ferret, eumque odio haberet, qui ſe eò perduci ſineret. "Etenim nonne tu quoque, inquit, in mortis "periculo verſaris, cum omnia quæ hîc fiunt "Syllæo ſpe conjugii detegere dicaris? Hæc

*Alexander & Ariſtobulus in carcerem conjecti.*

γ'. Επιγίνε) δὲ χτ) τ̃ νεανίσκων μεῖζόν τι, σκευωρυμένης ἀεὶ τ̃ κατ' αὐτ̃ διαβολῆς, ϗ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν ἄθλω τότε προκειμένω, λέγω τι περὶ ἐκείνων [a] δυσχερὲς, ὁ φὸς τ̃ ϐ βασιλεύοντος εὐδοκῆ σωτηρίας. σωματοφύλακες ἦσαν Ηρώδη δύο, κατ' ἰσχὺν καὶ μέγεθος τιμώμενοι, Ἰάκυνδος καὶ Τύραννος. ὅτοι, προσκρούσαντος αὐτοῖς τ̃ βασιλέως ἀπεωσμένοι, [b] τοῖς περὶ Αλέξανδρον ἦῃ σωιππαζόμενοι, ϗ χτ) [c] γυμνασίαν τιμώμενοι, ϗ τι χρυσίον ϗ δωρεὰς ἄλλας ἐλάμβανον. εὐθὺς οὖν καὶ τότε ὁ βασιλεὺς ἔχων ὑπονοίαν, ἐβασάνιζεν. οἱ δὲ, ἀγαπαρτήσαντες πολὺ χρόνον, ὕστερον ἔλεγον, ὅτι πείθοι φονεύειν αὐτὸν Ηρώδην Αλέξανδρος, [d] ἐπεὶ περὶ κυνηγέσιον θηρίων δόκων προσβάλοι. [e] δυνατὸν γὰ τ̃ εἰ) λέγειν, ὡς ἀπὸ ϐ ἵππου κατενεχθεὶς [f] ἀναπαρείη ταῖς ἑαυτ̃ λόγχαις. καὶ γὰ πρότερον αὐτῷ τοιοῦτον γεγενῆ πάθος. [g] ἐπέδειξαν δὲ καὶ χρυσίον ἐν τ̃ ἱππῶνι κατορωρυγμένον, καὶ τ̃ ἀρχικυνηγὸν ἐξήλεγχον, ὅτι καὶ λόγχας αὐτοῖς δοίη βασιλικὰς, καὶ τοῖς Αλέξανδρου θεραπόυσιν ὅπλα, κελεύοντος ἐκείνου.

δ'. Μετὰ τότε ὁ φρούαρχος Αλεξανδρείου ληφθεὶς ἐβασανίζετο· [h] καὶ γὰ ἐκεῖνος αἰτίαν ἔιχε δέξαθαι τ̃ φρουρᾶ, καὶ παρέξειν τοῖς νεανίσκοις χρήματα ὑπεχῆθαι, τὰ κείμενα τ̃ βασιλικ̃ κατ' ἐκεῖνο ὄ φρούριον. αὐτὸς μὲν οὖν οὐδὲν ὡμολόγησεν· υἱὸς δὲ αὐτ̃ παρελθὼν ταῦτα ἔφη γενέαθ, καὶ γράμματα ἐπέδωκεν, [i] ὡς εἰ) εἰκάσαι τ̃ Αλεξάνδρου [k] χειρός. "Τελέσαντες, σὺν Θεῷ εἰπεῖν, ἃ "προεθέμεθα πάντα, ἥξομεν πρὸς ὑμᾶς· ἀλλὰ πειρά-"σητε, καθὼς [l] ὑπέχεσθε, δέξαθαι ἡμᾶς τ̃ φρουρίῳ." μετ̃ τοῦτο τὸ γράμματεῖον, ὁ μὲν Ηρώδης [m] ἐκέπ οὐδιασίμως ἔιχε περὶ τ̃ τῶν παίδων εἰς αὐτὸν ὀπιθυλῆς. Αλέξανδρῳ δὲ [n] Διόφαντον ἔφη τ̃ γραμματέα μιμήσαθαι τ̃ τύπον, ϗ δι' Αντιπάτρου κακουργηθῆναι τὸ γραμματίδιον. [o] ὁ γὰ Διόφαντος ἐδόκει τὰ τοιαῦτα δεινὸς· ὁ ὑστέρῳ δὲ διελεγχθεὶς ἐπ' ἄλλοις, ὅπως ἀπέθανε.

ε'. Τὺς δὲ βασανισθέντας ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς τὸ πλῆθος προήγαγεν ὁ Ιεριχοῦντι [p] κατηγορήσοντας τῶν παίδων· [q] καὶ τότε μὲν οὐκ χειρὸς ⓐ πολλοὶ βάλλοντες ἔκτειναν. ὡρμημένων δὲ καὶ τὺς περὶ Αλέξανδρον ὁμοίως κτ̃ναι, τοῦτο μὲν ὁ βασιλεὺς παρητήσατο, διὰ Πτολεμαίου καὶ Φερώρα τὸ πλῆθος ἀναστείλας. ὑπὸ δὲ φυλακὴ καὶ τήρησις αὐτ̃, καὶ προσήει μὲν [r] ὑδεὶς, πάντα δὲ ἐπεσκοπεῖτο τὰ γινόμενα καὶ λαλούμενα. [s] καὶ τί γὰρ ἦ καταδίκων ἔχον ἀδοξίαν καὶ δέος. ἕτερος δὲ αὐτ̃ Αριστόβουλος, οὐκ ϐαρυθυμίας [t] ἐπαγόμενος καὶ τλὺ ἑαυτ̃ πτοίδα καὶ πενθερὰν συναλγεῖν αὐτῷ τ̃ τῶν συμφορῶν καὶ μισεῖν ⓦ τὰ τοιαῦτα πειθόμενον, "ϔ γὰρ, ἔφη, καὶ σοὶ κίνδυνος ⓦ ἀπωλείας, "[u] ἀμφιβεβλημένῃ Συλλαίῳ κατ' ἐλπίδα [x] γάμων "ἅπαντα ταῦτα πρᾶγμα εἶναι"; τότε οὐκ εἰκῆ τα-

χὺ

[a] Δυσχερὲς πρὸς τ̃ ϐ βασιλεύοντος σωτηρίαν Vat. [b] Τοῖς deeſt Vat. [c] Γυμνάσια Vat. Busb. & Hen. à manu ſecunda. [d] Επειτ' ἐς κυν. Busb. atque ita Hen. voce ἐπὶ in ora libri poſita. ἐπεί τι περὶ κ) Vat. [e] Δυνατὸν γὰ ἦν λέγειν Busb. & Hen. à pr. m. [f] Εμπαρείη Busb. & Gall. ἀναπαρείη Hen. à pr. m. [g] Επέδειξαν ϔ κ) τὸ χρυσίον Vat. [h] Καὶ τὸν αἰτίαν εἶχεν ὡς ἐπαγγειλάμενος δέξαθαι τὸ φρούριον Busb. κ) ὁ φρούραρχος δὲ ϔ Αλεξανδρίου ἠπάζατο, ὡς ἐπαγγειλάμενος δέξαθαι τὺς παῖδας εἰς τὸ φρούριον Zonar. [i] Ως εἰκάσαι Vat. & Zonar. [k] Φερομένου post χειρὸς addit Busb. [l] Υπίχησθε Vat. [m] Οὐκέτι ἐσδιασίμως ἦν Zonar. [n] Hujus Diophanti meminit Tzetzes, Chil. VI. [o] Ο γὰρ τοῦ Δ. Vat. [p] Καὶ τὺς κατηγορήσοντας τ̃ παίδων legiſſe videtur Epiphan. qui vertit, & accuſatores eorum. [q] Καὶ βάλλοντες ἐπίκτειναν Busb. [r] Οὐδεὶς ἐπ Vat. [s] Καὶ καταδίκων ἔχον ἀδοξίαν κ) δέος Zonar. [t] Υπαγόμενος Vat. [u] Ita Busb. Gall. & Zonar. Αμφιβεβλημένης in Editis Aliiſque. [x] Γάμου Vat.

[a] Ταῦτα

χὼ μάλα ταδελφῷ προσφέρει τὺς λόγυς. ὁ δὲ, ὡς ἔπ χαζοχὼν αὐτὸν, δῆσαί τι κελεύει, καὶ ἀφαγήσαντας ἀπ' ἀλλήλων ὅσα κακῶς ἐποίησαν ὑπὸ τῷ πατρὶ [a]ζῶντα γραψαμένυς ἀποφέρειν. οἱ δὲ, ἐπεὶ τῦτο προστέταχτο αὐτοῖς, ἐγγράφυσιν, ὑπόβυλιν μὲν [b]ὧν τι νοῆσαι κατὰ τῦ γεγενημότος, ὥτε συσκευάσασθαι, δρασμῷ δὲ ὑποβαλέσθαι, καὶ τῦτο δι' ἀνάγκιν, ὑπὸ πλῆ καὶ δυσχερῶς ὄντος αὐτοῖς τῦ βίυ.

ε'. Κατὰ τῦτον τὸν χρόνον ἥκοντος [c]ἀπὸ Καππαδοκίας πρεσβευτῦ πρὸς Ἀρχελάυ, Μήλα τινὸς, ὃς ἦν τῶν δυνάστης τῆς ἐκείνυ, βυλόμενος Ἡρώδης ὑποδείξασθαι τὴν δύσνοιαν Ἀρχελάυ πρὸς αὐτὸν, ἐκάλει τὸν Ἀλέξανδρον, ὡς ἦν ἐν τοῖς δεσμοῖς, καὶ πάλιν ἠρώτα περὶ τῆς φυγῆς, ὅπυ καὶ πῶς ἐγνώκασιν ἀποχωρεῖν; ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, "πρὸς Ἀρχέλαον, ἔφη, κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην ὁμο- "λογήσαντα ἀφαπέμψειν. ἀλλ' οὐδὲν ὅτι ἄτοπον ὅτε "διχερὲς ὑπετυμπάνθη κατὰ τὸ πατρὸς, ὑδὲ ὅσα συνε- "σκάφασιν κακοπραγίας τὸν ἀναιτίων ἀληθὴς εἶναί τι τύπον. "βύλεσθαι δὲ αἰτιάζειν καὶ τὺς περὶ Τύραννον εἰς ἀξιό- "τασιν ἀσφαλεστέραν, ἀλλὰ καὶ τύτυς [d]ἀπολέσαι βάτιον, "Ἀντιπάτρυ τῦ πλήθει τὺς ἰδίυς ἐγκαθιζάνλος φίλυς.

ζ'. Τοιαῦτα λέγοντος, ἐκέλευσεν ἅμα τόν τε Μήλαν καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἄγειν ὡς Γλυφύραν τὴν Ἀρχελάυ, καὶ πυθέσθαι παρ' αὐτῆς εἰ μηδὲν ἠγνόει τῶν εἰς ὑποβυλὴν Ἡρώδυ γιγνομένων. [e]ὡς δὲ ἦκον, εὐθὺς μὲν ἡ Γλαφύρα, δεσμώτιν ἰδῦσα τὸν Ἀλέξανδρον, ἐπλήξατο τὴν κεφαλὴν, καὶ κατακλασθεῖσα, μέγα καὶ [f]συμπαθὲς ἀνώμωξεν. ὣς δὲ καὶ ὁ νεανίσκος δάκρυα, καὶ τῶν παρόντων ὀδυνηρά τις ἦν, μέχρι πλέονος ὑδὲ ἐφ' οἷς ἦκον εἰπεῖν ἢ πρᾶξαι δυναμένων. ὡς δὲ ὁ Πτολεμαῖος, [g]τύτῳ γὰρ ἄγειν αὐτὸν ἐπετέταχτο, φράζειν [h]κελεύσαντος, [i]εἴ τι τῶν πραττομένων ἡ γυνὴ συνοίδεν αὐτῷ· "τί δὲ ἂν, ἔφη, συνέγνων [k]τῆς ψυχῆς ἐμοὶ περιμένη "πλέον, ἢ κοινωνοῦσα τέκνων; " ἡ δὲ πρὸς ταῦτα μὲ ἀνεβόησεν, "ὡς συμφορὰν μὲ οὐδὲν ἄτοπον· εἰ δὲ φέρει [l]πρὸς "πιστείαν τὴν ἐκείνυ τὸ καὶ κατ' αὐτῆς τι ψεύσασθαι, "πάντα ὁμολογεῖν." ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, "ἀσεβὲς μὲν οὐδὲν, "εἶπεν, οὐδὲ ὧν ὑπονοῦσιν ὃς ἥκιστα ἐχρῆν, ὥτε αὐτὸς "συνειδυῖα, ὥτε [m]σὺ οὐδὲν οἶδα, ἀλλ' ὅτι παρ' Ἀρχέλαον "ἀποχωρεῖν ἐγνώκειμεν κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην." Ταῦτα καὶ- κείνης ὁμολογούσης, ὁ μὲν Ἡρώδης, Ἀρχέλαον [n]ἐξελεγχθαι τὸν πρὸς αὐτὸν δυσνοίας [o]ὑπολαβών, δίδωσιν Ὀλύμπῳ καὶ Οὐολομνίῳ γράμματα, κελεύσας [p]τὸ παράπλῳ μὲν Ἐλεύσῃ τὴν Κιλικίας πρόσχωσι, [q]Ἀρχελάῳ δ' [r]περὶ τύτων ἀποδῦναι, καὶ μεμψαμένυς ὅτι τὴν [s]ὑποβυλὴς ἐφάψαιτο τοῖς παισὶν, ἐκεῖθεν εἰς Ῥώμην πλεῖν. κἂν εὕρωσιν ἀνύσαντά τι Νικόλαον, ὡς μηκέτι αὐτῷ δυσχεράνειν Καίσαρα, δίδόναι ταῖς ὑποψίαις, καὶ τὺς ἐλέγχυς, ὡς τὴν [t]νεανίσκων καλεσκευασμένυς ἀπέστειλεν.

verba illa protinus *Herodi* fratri narratum it. Ille vero, ut qui non amplius ſemet cohibere potuerit, eum ſine ulla cunctatione conſtringi jubet, & utrumque ab altero ſeparatum ſcripto prodere quicquid mali in patrem commiſiſſent. Illi vero, quoniam ita ipſis mandatum eſſet, ſcribunt, ſe in patrem inſidias neque cogitaſſe neque ſtruxiſſe: fugam autem adornaſſe, idque vi coactos, quia ſuſpectam moleſtamque vitam degerent.

*Ariſtobulus, Salome ejus conſilia Herodi narrante, conſtringitur.*

6. Eo tempore, cum veniſſet ex Cappadocia legatus ab Archelao, Mela quidam, unus ex illius dynaſtis, volens Herodes ei oſtendere Archelai in ſe malevolentiam, Alexandrum vinctum accivit ad ſe, & ex eo iterum quæſivit de fuga, quonam & quo pacto diſcedere decreviſſent? Ad quod reſpondit Alexander, "ad Archelaum, qui ſe inde Romam eos miſſu- "rum promiſiſſet: verum in patrem nihil qui- "dem ſceleris aut maleficii conatos fuiſſe, ne- "que eorum quæ ipſis ab adverſariis malitioſe "imponerentur, quicquid verum eſſe. voluiſſe "etiam *ſe*, ut de Tyranno & illo altero cir- "cumſpectius haberetur quæſtio, ſed illos ce- "lerius periiſſe, auctore Antipatro, qui amicos "ſuos inter multitudinem ſummiſiſſet.

*Nonnulla ab Alexandro quæris Herodes coram Mela Archelai legato.*

*De fuga ad Archelaum ſe cogitaſſe fatetur Alexander.*

7. Hæc eo dicente, juſſit *Herodes*, ut Melas & Alexander ad Glaphyram Archelai filiam ducerentur; & ex ea quæreretur, ecquid inſidias Herodi ſtructas ſciret. Quò ut ventum eſt, Glaphyra, ſimulac vinctum conſpexit Alexandrum, caput ſibi percuſſit, animoque conſternata magnum triſtemque ploratum edit. Quin & juveni manarunt lachrymæ, atque iis qui aderant miſerabile adeo erat ſpectaculum, ut diu id cujus cauſa venerant dicere aut facere nequirent. Tandem vero cum Ptolemæus (huic enim mandatum erat ut illum duceret) juſſiſſet dicere, ecquid ei factorum conſcia foret mulier; "quî potuit, inquit, non "conſcia eſſe, quæ mihi ſit vel ipſa anima cha- "rior, & communes mecum natos habeat?" Ad hæc quidem illa exclamavit, "nullius ſe malæ "rei conſciam: ſed *tamen* ſi ejus utilitas poſtu- "let, ut aliquid vel contra ſeipſam mentiatur, "omnia confeſſuram". Tum Alexander, "ſcelus "quidem, inquit, nullum eorum quæ ſuſpican- "tur quos minime omnium decebat, neque ego "cogitavi, neque tu noſti, niſi quod ad Arche- "laum nos recipere decreveramus, & inde Ro- "mam". Iſta etiam illâ fatente, Herodes, ratus Archelaum malevolentiæ in ſe convictum eſſe, dedit Olympo & Volumnio literas, juſſitque ut inter navigandum ad Eleüſam Ciliciæ **inſulam* appulſi Archelao ſcriptum de his redderent, &, poſt expoſtulationem quod inſidiarum particeps cum filiis ſuis fuiſſet, recta inde Romam navigarent. & ſi quid illic à Nicolao expeditum invenirent, adeo ut Cæſar †ipſi non ſuccenſeret, literas *ei* & teſtimonia traderent, quæ contra adoleſcentes parata mittebat.

*Interrogatur etiam de iiſdem Glaphyra.*

*Olympus & Volumnius Romam miſſi.*

Cæterum

a Ταῦτα γραψαμένης Καίσαρι ἀποφέρειν Busb. b Οὔτ' ἐνοῆσαι Busb. c Ἐκ Καππαδοκίας τῦ πρεσβύτῦ τῦ παρὰ Vat. d Ἀπολέσαι Vat. e Ita Vat. & Busb. nec aliter *Epiphanius*, qui vertit, *qui cum venisset*. ὡς ἦκεν in *Editis*. f Περιπαθὲς Busb. g Τῦτο γὰρ αὐτῷ ἐπιτέτακτο Busb. h Κελεύσαντος Vat. i Εἴ τι τῶν πραττομένων σύνοιδε τὴν γυνὴ Busb. quo fere modo *Epiphan.* qui vertit, *interrogante Glaphyram* [*Ptolemæo*] *ſi quid de his quæ fiebant cognoſceret*. k Ὑπὲρ τῆς ψυχῆς Busb. l Πρὸς τὴν σὴν. Hen. & Vat. m Illud σὺ δὲ *Cod. Busb. & Epiphan.* n Ἐξελελέχθαι Vat. o Καταλαβὼν Busb. παραλαβὼν Hen. à pr. m. p Ἐν παράπλῳ τῇ Κιλικίᾳ προσχόντας *Zonar.* unde pro Ἐλεύσῃ (quod in libris omnibus exſtat) reſcripſi Ἐλαίᾳ. Vide p. 719. q Ἀρχελάῳ τι Busb. Hen. & Vat. r Περὶ τύτων ἀπολῦσαι Busb. & *Zonar.* ſ Ita è *Codd. Busb. & Gall.* ὑποβολὴς in *reliquis*. t Civitatem *Epiphanio*. Vide *Annott.* ad p. 719.

† Sc. Herodi.

*Archelaus Herodi ſe excuſat.*

Cæterum Archelàus ſeſe purgabat, de ſuſceptione quidem juvenum confitendo, quod è re illorum ipſorum eſſet patriſque, * ne quid præterea durius in eos ſtatueret, dum illis ſuccenſeret ob ea quorum ex ſuſpicione orta eſſet diſſenſio; non tamen miſſurum fuiſſe ad Cæſarem, neque aliud quidquam ex ſua in illum malevolentia juvenibus promiſiſſe.

*Literæ ab Olympo & Volumnio traditæ Cæſari, Herodi ope Nicolai reconciliato.*

8. Cum autem Romam perveniſſent, opportunitatem habuerunt literas tradendi Cæſari, quòd eum Herodi reconciliatum offenderunt. Nam Nicolai legatio hunc in modum ſe habuit. Quamprimum Romam venit & in palatium profectus eſt, viſum eſt ei non ſolum id agere cujus cauſa venerat, verum etiam Syllæum accuſare. Nam Arabes, priuſquam cum iis colloqueretur, aperte inter ſe diſſentiebant, quorum nonnulli cum ſe à Syllæo ſubduxiſſent, ad Nicolaum ſe applicuere, facta omnia injuſta ei indicantes, manifeſtiſque indiciis oſtendentes, eum multos ex Obodæ hominibus interfeciſſe. cum enim diſceſſionem fecíſſent ſubreptæ erant literæ, quibus ipſum redarguebant. Quam rem ſibi valde opportunam videns Nicolaus, ea utebatur ad id quod ſibi agendum erat, modis omnibus ſtudens ut Cæſarem cum Herode in gratiam redire faceret. Certo enim ſciebat, ſi vellet Herodis facta defendere, non habiturum audientiam; ſin Syllæum accuſare conſtitueret, fore ut occaſio ſibi daretur Herodis cauſam *melius* agendi.

*Syllæum apud Cæſarem accuſat Nicolaus.*

Conteſtata igitur lite, dictaque die, Nicolaus, adſiſtentibus ſibi Aretæ legatis, & alia Syllæo objiciebat, "& quod regi ſuo Arabumque "multis perniciem attuliſſet, quodque † ad per- "turbandum ſtatum pecunias mutuo ſumpſiſ- "ſet; eum etiam arguebat mulieres corrupiſſe, "tam Romæ quam in Arabia: &, quod ma- "ximum eſſet, adjiciebat, Cæſarem alienaſſe, "quod *ipſum* nihil veri de geſtis ab Herode do- "cuerit." * Ubi autem ad hunc locum ventum eſt, eum interpellabat Cæſar, jubens hoc unum diceret de Herode, "annon exercitum "in Arabiam duxiſſet, & bis mille & quingentos "homines illic occidiſſet, & direpto agro ab- "duxiſſet captivos?" Ad hæc Nicolaus, "de "his ſe vel maxime, ajebat, docere poſſe, hæc "partim nihil habere veri, partim non ita fa- "cta, ut tute intellexiſti, nec ut ob ea merito "ſuccenſere *Herodi* debeas". His præter opinionem auditis, & Cæſare attentiorem ſe præbente, cum narraſſet de quingentis talentis mutuo datis, & de Syngrapha, in qua cautum fuerat, ut liceret Herodi, ubi dies præſtituta ceſſiſſet, pignora capere ex univerſa *Arabum* terra, "hanc expeditionem non expeditionem eſſe dicebat, ſed juſtis de cauſis pecuniæ "ſibi debitæ exactionem. neq; tamen huc feſti- "nanter decurriſſe *Herodem*, ne tum quidem "cum formula cautionis id permitteret, ſed

*Herodem criminibus ei falſo objectis purgat.*

Αρχέλαος μὲν οὖν ἀπελογεῖτο, δέξασθαι μὲ τὴς νεανίσκυς ὁμολογήσας ἀφ' τὸ συμφέρειν αὐτοῖς τε ἐκείνοις καὶ τῷ πατρί, [a] μὴ χαλεπώτερόν τι περιθῆναι κατ' ὀργὴν ὧν ὑποπίπτειν ἔχοντες ἐφασίαζον, ἢ μὲν καὶ πρὸς Καίσαρα πέμψειν, ὅδε ἄλλο τι κατ' δύσνοιαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμολογῆσαι τοῖς νεανίσκοις.

η'. Εἰς δὲ τὴν Ρώμην ἀποκομισθέντες, ἔδοσαν τε καιρὸν [b] ἀποδῶναι τὰ γράμματα τῷ Καίσαρι, διπλαγμένοι εὑρέντες Ηρώδην. τὰ γὰρ περὶ τὴν Νικολάου πρεσβείαν ἀπέβη τῶτον τὸν τρόπον. ὡς ἀνῆλθεν εἰς τὴν Ρώμην, καὶ περὶ τὴν αὐλὴν ἐγένετο, πρῶτον μὲν ἦν ἐφ' οἷς ἐλπίζει μόνον, ἀλλὰ καὶ Συλλαίου κατηγορεῖν ἠξίου. καὶ [c] Ⓐ Αραβες δῆλοι περὶ τὴν σύστασιν ὄντες ἀλλήλοις πολεμῶντες, ἀποστάντες ἐξ αὐτῶ, καὶ τῷ Νικολάῳ προσελθόντες, τὰς ἀδικίας ἁπάσας ἐμήνυον, καὶ τῶν Οβόδου ὡς ἀφαιρέτων πλείστων ἀφορμὴν παρέχοντες. ἰῶ γὰ καὶ τὰ γράμματα [d] αὐτῶ κατὰ τὴν ἀπόστασιν ὑφηρημένα, ἀφ' τῶτων ἤλεγχον. ὁ δὲ Νικόλαος [e] ἐπιτυχίαν ταύτην ὁρῶν αὐτῷ προσγεγενημένην, δι' αὐτῆς ἐπραγματεύετο τὸ μέλλον, ἐπεὶ γὰρ ἐλθεῖν εἰς ἀφορμὰς Ηρώδῃ [f] ποιῆσαι Καίσαρα. σαφῶς γὰρ ἠπίστατο βουλομένῳ μὲν ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν ἔπραξεν οὐκ ἔσεσθαι παῤῥησίαν· ἐθέλοντι δὲ κατηγορεῖν Συλλαίου, γενήσεσθαι καιρὸν ὑπὲρ Ηρώδου λέγειν. συνεχώρουν οὖν ἐπ' ἀλλήλοις καὶ δοθείσης ἡμέρας, [g] Νικόλαος, παρόντων αὐτῷ τῶν Αρέτα πρέσβεων, τά τε ἄλλα κατηγόρει Συλλαίου, "τὸν τε τῦ βασι- "λέως ἀπώλειαν λέγων καὶ πολλῶν Αράβων, χρήμα- "τά τε ὡς εἴη δεδωρεισμένῳ ἐπ' ἀδεῖ ὑγιὲς, καὶ μοι- "χείας ἐξελέγχων, ἃ τῶν οὐ Αραβίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ "τῶν οὐ Ρώμῃ γυναικῶν· πρὸς τέλος δὲ τὸ μέγιστον, "ὡς ἐξαναστήσειε Καίσαρα, μηδὲν ἀληθὲς διδάξας ὑπὲρ "τῶν Ηρώδῃ πεπραγμένων". ὡς δὲ ἦκεν ὅπῃ τῦτον Ⓐ τόπον, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξεῖργεν αὐτὸν τῦτο μόνον ἀξιῶν ὑπὲρ Ηρώδου λέγειν, "[h] ὡς ἃ γραπτὰ ἤγαγεν "εἰς Αραβίαν, μηδὲ διχιλίους καὶ πεντακοσίους ἀποκλεί- "ειεν τῶν ὁπλ, μηδὲ αἰχμαλώτους λάβοι τὴν χώ- "ραν ἁρπάσας". [i] πρὸς ταῦτα ὁ Νικόλαος, "ὑπὲρ τύτων, ἔφη, καὶ μάλιστα διδάξειν, ὅτι μηδὲν ἢ "τὰ πλείστά γε αὐτῷ ἃ γέγονεν [k] ὡς σύ τε ἀκήκοας, "ἃ δίκαιον ἰῶ χαλεπώτερον ἐπ' αὐτοῖς φέρειν". πρὸς δὲ τὸ πρόσδοξον Καίσαρος ἐδόντος αὐτὸν ἀκριβατεῖν, τὸ δάνειον [l] εἰπὼν τ πενταχοσίων ταλάντων, ἃ τ συγγραφὴν, ἐν ᾗ καὶ τῦτο ἰῶ [m] προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι τ πρᾶξιν παρελθόντος χρόνου λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τ χώρας, "τ μὲ [n] γραπτὰν ἃ γραπτὰν ἔλεγεν, ἀλλ' ὅπῃ "[o] δίκαιον τ ἰδίων ἀπαίτησιν χρημῦ· καὶ μηδὲ ταχὺ "[p] ταῦτην, μηδὲ ὡς ἐπέτρεπον αἱ συγγραφαὶ, πολλάκις "μὲ

a Μὴ τὰ χαλεπώτερον *Busb.* b Αποδῶναι *Busb.* c Illa οἱ Αραβες desunt *Busb. Vat.* & *Hen.* à prima manu. mox autem poſt πολεμῶντες in *iiſdem* habentur οἱ ἦ Αραβες. d Αὐτῶ ὁ (*ſor.* ἃ) κατὰ τὴν ἀπόστασιν ὑφηρημένα ἀφ' τύτων ἤλεγχον *Vat.* Forſan, ἢ γὰρ τῶν χ. ἁ. κ. τ. ὑ. ὑφηρημένα, καὶ ἀφ' τ. e Ἐντυχίαν τινὰ ταύτην ἐρῶν *Busb.* & *Vat.* f Ποιῆσαι deeſt *Vat.* g Ο Νικόλαος παρόντων αὐτῷ τῶν *Busb.* h Εἰ μὴ γραπτὰ, & mox ἀπίστουν, *Busb.* & *Vat.* i Ὁ ἦ Νικόλαος *Busb.* k Ως σὺ ἀκήκοας *Vat.* ὡς σύ τε ἀκήκοας *Hen.* à pr. m. ὡς σύγε ἀκ. ab altera manu. l Εἶπεν *Vat.* m Προκεχραμμένον *Vat.* n Hic γραπτὰ ſumitur pro χρέωσις. o Ita cum *Busb. Vat.* & *Hen.* à pr. m. ut αἰτίαν aut ἀφεῖναι ſubintelligatur. forſan delendum ἐπὶ ante δίκαιον. in *Editis* δίκαιον. p Ita *Busb. Vat.* & *Hen.* à pr. m. ταύτην in *reliquis.*

* Ne quod illi ſuſpicionibus adacti minus ſe obſequentes patri præbuerant, id ipſa iracunde magis quam paterne vindicaret, *Grotius.* † Pro nullo reip. commodo, *Epiphan.* * *Vel*, in hac orationis parte interfatus eſt Cæſar.

a Ὁ μὲ

"μὲν ὅτι Σατορνῖνον ἐλθόντα καὶ Οὐολούμνιον τὸν τῆς
"Συρίας ἡγεμόνας· τελευταῖον δὲ, ἐν Βηρυτῷ τυ-
"χὸν Συλλαίου τοῦ σοῦ τυχεῖν ἐπομόσαν-
"τα, ἢ μὴν σὺν τοῖς ἡμέραν τριάκοντα παρέξειν τὰ
"χρήματα, καὶ τοὺς ἐκ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἡρώδου
"περφυγόντας. ὧν οὐδὲν ποιήσαντος Συλλαίου πά-
"λιν ὅτι τοὺς ἡγεμόνας ἐλθεῖν Ἡρώδου, καὶ ἐκείνων
"ἐφέντων αὐτῷ λαμβάνειν τὰ ῥύσια, μόλις ὕστερον ἐξ-
"ελθεῖν σοὶ τοῖς τόδε αὐτόν. Ὁ μὲν δὴ πόλεμος
"ὡς ὅτοι τραγῳδοῦντες ἔλεγον, καὶ τὰ τῆς ὑπόθρα-
"τείας τοιαῦτα. καὶ τοι πῶς ἂν εἴη πόλεμος, ὅπου
"πεφάντων μὲν τοῦ σῶν ἡγεμόνων, δεδωκυίας δὲ τῆς
"σεαυτῆς, ἡσυχημένου δὲ μετὰ τοῦ ἄλλων θεῶν, καὶ
"τοῦ σοῦ, Καῖσαρ, ὀνόματος. τὰ δὲ περὶ τοὺς
"αἰχμαλώτους ἐξῆς ἤδη λεκτέον. λῃσταὶ Τραχῶνα
"Τραχῶνα κατοικοῦντες, τεσσαράκοντα τὸ πρῶτον,
"εἶτα αὖθις πλείονες, τὰς Ἡρώδου κολάσεις ἀφυγεῖ-
"ν, ὁρμητήριον ἐποιήσαντο τὴν Ἀραβίαν. τού-
"τους ὑποδέξατο Σύλλαος ὅτι πάντας ἀνθρώ-
"πους πέφυκε, καὶ χώραν ἔδωκε νέμεσθαι, καὶ τὰ
"κέρδη τοῦ λῃστῶν αὐτὸς ἐλάμβανεν. ὁμολόγησε δὲ
"καὶ τούτοις ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὅρκοις ἀποδώσειν ᾗ
"αὐτὴν τοῦ δημεύσαι προθυμίαν. καὶ δυνατὸν ἂν
"ὀκ ὀπιδεῖξαι κατὰ τὸ παρὸν ἄλλόν τινα τῆς
"Ἀράβων χώρας, ἢ τούτους ἐξῃρημένους, ὐδὲ πάν-
"τας, ἀλλ' ὅσοι μὴ λαθεῖν ἴσχυσαν. οὕτως οἶδε καὶ
"τοῦ τῆς αἰχμαλωσίας ὑπερφόνου συλοφυτήματος
"περιττὸς, μέγιστον, ὦ Καῖσαρ, κατάμαθε πλά-
"σμα καὶ ψεῦσμα προὸς τὴν σὴν ὀργήν· αὐτὸς ποιη-
"σάν. φημὶ γὰρ, ἐπελθούσης ἡμῖν τῶν Ἀράβων δυ-
"νάμεως, καὶ τῶν περὶ Ἡρώδην πεσόντος ἑνὸς καὶ
"δευτέρου, τότε μόλις ἀμυνομένου, Νάκεβον τὸν γρα-
"μματέα αὐτοῦ, καὶ σὺν πέντε καὶ εἴκοσι τοὺς πάν-
"τας, ὧν ἔκαστον αὐτὸς εἰς ἑκατὸν ἀναφέρων, διχλίους
"καὶ πεντακοσίους τοὺς ἀπολωλότας ἔλεγε.

Θ'. Ταῦτα μᾶλλον ὠκίνει τὸν Καίσαρα, καὶ πρὸς
τὸν Σύλλαον ὑπεγραφεὺς, ὀργῆς μεστὸς, ἀνέκρινεν ὁπό-
σοι πεθνήκασι τῶν Ἀράβων. ἀπορουμένου δὲ αὐτοῦ, ἡ πε-
πλανημένη λέξις, αἵτε συνθήκη τῶν δημείων ἀναγινώσκοι-
το, ἡ τὰ τῶν ἡγεμόνων γράμματα, πόλις τε ὅσαι λῃσή-
εια κατηπῶντο. ἡ πέρας εἰς τοῦτο κρατήσει Καῖσαρ, ὡς
μὲν Συλλαίου καταγνῶναι θάνατον, Ἡρώδην δὲ διαλλάτ-
τοντος, μέλανιαν ἐφ' οἷς ἐκ διαβολῆς πικρότερον ἔγραψεν
αὐτοῦ πεπονθώς, καί τι τοιοῦτον εἰπεῖν εἰς τὸν Σύλλαον, ὡς
ἀναλήψεσθαι αὐτὸν φόνου λόγῳ πρὸς ἄνδρα φίλον ἀγνω-
μονῆσαι. Ὃ δὲ σύμπας, ὁ μὲν Σύλλαος ἀνεπέμπετο, τὰς δί-
κας ἡ τὰ χρέα τοῖς δεδημοσίοις ἀποδώσων, εἶτα ὕστε-
ρον κολασθησόμενος. Ἀρέτα δὲ ὐκ εὐμενὴς ἦν Καίσαρι, ὅτι
τὴν ἀρχὴν μὴ δι' ἐκείνου καθ' αὐτὸν ἔλαβεν. ἐγνώκει γὰρ ἡ

"post aditos aliquoties Syriæ duces Satur-
"ninum & Volumnium: denique, postquam
"apud Berytum his coram Syllæus * per tuam
"fortunam jurasset, omnino intra trigesimum
"diem se & nomen exsoluturum, & deditu-
"rum qui ex ditione Herodis *in Arabiam* pro-
"fugerant. & cum horum nihil Syllæus præ-
"stitisset, iterum ab Herode appellatos du-
"ces; cumque hi ei permisissent pignora ca-
"pere, vix tandem cum suis profectum in
"Arabiam. Equidem hoc, inquit, est quod,
"tragice exaggerantes bellum appellant, at-
"que ejusmodi erat ista expeditio. At quo
"modo bellum dicatur *hæc juris persequutio*,
"post impetratam à ducibus à te datis ve-
"niam, idque ex præscripto cautionis, post
"violatum & Deorum aliorum numen & tui,
"Cæsar, nominis majestatem. Jam restat di-
"cere, quæ ad captos homines pertinent. Cum
"Trachonitæ latrocinari cepissent, quadragin-
"ta primum, mox etiam complures, ne ab He-
"rode ad supplicium raperentur, in Arabiam
"perfugerunt. Hos recepit Syllæus, & omnium
"hominum in damnum aluit, locumque ad
"habitandum dedit, immo & horum ex latro-
"ciniis quæstûs partem in se vertit. Eodem
"tamen juramento spopondit, hos se deditu-
"rum illa ipsa die, quæ & pecuniæ exsolven-
"dæ erat præstituta. nec potest ostendere in
"præsenti quenquam alium præter hos ex Ara-
"bia abductum, ac ne hos quidem omnes, sed
"qui latebras reperire nequibant. Jam cum
"videris illud invidiæ plenum de hominibus
"captis nihil esse nisi calumniam, rogo aliud,
"Cæsar, cognoscas nequissimum figmentum
"& mendacium, quo usus hic est, ut te ad
"iram concitaret. Pro cognito enim affirmo,
"cum in nostras partes irrupisset Arabum exer-
"citus, & eorum qui Herodi parebant unus at-
"que alter periissent, tum demum, & non an-
"te, sua tutante Herode, occubuisse Nacebum
"illorum ducem, & una homines non supra
"xxv. è quorum iste singulis centenos faciens,
"bis mille & quingentos narrabat occisos.

9. Cæsarem *jam ante nutantem* hæc *ma-* *Syllæus capitis damnatus.*
*xime* commoverunt; & ad Syllæum versus, jam manifestus iræ, quærit quot Arabes interie-
rint. Illo autem hærente, & male se edoctum fatente, lecta est rei creditæ cautio, lectæ & ducum literæ, & civitatum querelæ de latrociniis. Tandem eò perductus est Cæsar, ut capitis quidem Syllæum damnaret, Herodi vero conciliaretur, ut quem jam pœniteret eorum, quæ calumniis inductus duriora ipsi scripserat; & Syllæo hoc quoque exprobraret, se ejus falsis verbis adductum † ut in amicum *veterem* amicitiæ officia exueret. In summa, remittitur Syllæus jure functurus, & æs alienum soluturus, deinde afficiendus supplicio. Aretæ autem parum amicus erat Cæsar, quod per se non exspectata ipsius voluntate regnum arripuisset. *Constituerat enim & Arabiam

a Ὁ μὲν ἂν δὴ πολ. *Vat.* b Illud τὸν è *Codd. Busb. & Vat.* c Notatu dignum, adverbium negativum verbo postponi, licet constructio & Latinitas exigant ut præponatur. ἡ δυνατὸν οὖν ὐκ ἐπιδεῖξαι κ. τ. παρὸν ὐδ' ἄλλόν τινα *Vat.* ἐ δυνατὸν ἂν ἐπιδ. κ. τ. παρὸν ὐκ ἄλλόν τινα *Busb.* d Αὐτὸς πεπονῆσθαι *Vat.* αὐτὸ ποιῆσαι *Busb.* e Τῆς τῶν Ἀράβων *Vat.* f Πεσόντων *Busb.* g Σωσῖνος ποσῖν πεσόντος *Busb.* h Illud ἡ è *Codd. Busb. & Vat.* i Ita *Hen. Busb. & Vat.* ἡ πὶ ἡγ. in *Editis.* k Ὅσαι τὰ λῃσήεια *Vat.* * *Al.* per tuum Genium. † *Vel*, ut in amicum delinqueret. *vel*, discederet ab officiis amicitiæ. *vel*, virum sibi amicum offenderet. * *Alii versum*, Itaque statuerat *&c.*

a Παρ'

Arabiam Herodi dare: ſed huic rei obſtiterunt literæ, quas *de pueris* miſerat Herodes. Nam cum Olympus & Volumnius placatum eſſe Cæſarem audiviſſent, illico eis, prout juſſerat Herodes, viſum eſt, literas de filiis ei reddere & argumenta *ad inſidias illorum patefaciendas*. Quibus lectis Cæſar haud conſultum putavit, alterum imperium & ſeni & circa pueros laboranti addere. Itaque Aretæ homines admiſit: & eo ob id duntaxat reprehenſo, quod temere feciſſet, non exſpectando dum regnum à ſe haberet, munera accepit & ei principatum confirmavit.

*Aretæ reconciliatur Cæſar.*

Ἀρεθίαν Ηρώδῃ διδόναι· διεκώλυσε δὲ τὰ [a] παρ' ἐκείνῳ πεμφθέντα γράμματα. τοῖς γὰρ περὶ τὸν Ολυμπον καὶ Οὐολλούμνιον, εὐμενῆ Καίσαρα [b] πυθομένοις, εὐθὺς ἔδοξεν ἐξ ἐπιστολῆς Ηρώδου τὰ περὶ τῶν παίδων γράμματα καὶ τὰς ἐλέγχους ἀναδιδόναι. Καῖσαρ δὲ ἀναγνοὺς, ὃ μὴ ἀρχὴν ἄλλην [c] προσθήναι γέροντι, καὶ κακῶς πράττουσι τὰ περὶ τοὺς παῖδας, οὐκ ὠήθη καλῶς ἔχειν. δεξάμενος δὲ τὸν περὶ Αρέταν, καὶ τοῦτο μόνον ἐπιτιμήσας, ὡς προπετείᾳ χρήσαντι, ᾧ μὴ παρ' αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἀναμεῖναι λαβεῖν, τά τε δῶρα προσήκατο, καὶ τὴν ἀρχὴν [d] ἐβεβαίωσε.

## CAP. XI.

## ΚΕΦ. ια'.

*Quomodo Herodes, Cæſaris permiſſu, Beryti in Judicum aſſeſſu filios accuſavit: quæque Teron, immoderata & militari libertate uſus, paſſus eſt. De morte juvenum & eorum ſepultura in Alexandrio.*

Ως, Καίσαρος ἐξουσίαν δόντος, ἐν Βηρυτῷ τῷ συνεδρίῳ κατηγόρησε τῶν παίδων Ηρώδης· οἷά τε Τήρων, ἀμέτρῳ καὶ στρατιωτικῇ παρρησίᾳ χρώμενος, πέπονθε. περὶ πλούτης νεανίσκων, καὶ ταφῆς αὐτῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ.

*Cæſaris ad Herodem literæ.*

HErodi autem reconciliatus *Cæſar* ad eum ſcribit hujuſmodi verbis, "Dolere "ſe vicem ejus, qui tales haberet filios, "oportereque in eos, ſi quid gravioris ſceleris "ſuſceperant, ut parricidas animadvertere: "ſe enim ei ejus rei poteſtatem facere. Sin "nihil niſi fugam inſtituerant, corrigendos ali-"ter, neque ad extrema veniendum. Se etiam "ſuadere, ut ea de re judicium haberet conci-"lio indicto apud Berytum, *in qua Romani "degerent, & advocatis ducibus, & Cappa-"dociæ rege Archelao, omnibuſque reliquis "quos ſibi amicos & dignitate illuſtres putaret, "eorum ſententiam in judicio ferendo ſeque-"retur." Ita quidem Cæſar ad eum ſcripſit.

Ηρώδης δὲ γράφει διηλλαγμένος ὅτι τε τοῖς παισὶν ἄχθεσθαι, λέγων, "καὶ δεῖν εἰ μὲν ἀνοσιώ-"τερόν τι τετολμήκασιν [e] ἐπεξιέναι [f] παλεμο-"λοίας ὄντας· [g] αὐτῷ γὰρ ἐφῆναι ζημίαν τιμὴν ἐξουσίαν. εἰ "δὲ ὁρασμὸν ἐνόησαν, ἄλλως νεωτερίσαντα μηδὲν "ἀνήκεστον ἁμαρτάνειν. [h] συμβουλεύειν δὲ ἔχειν αὐ-"τῷ συνέδριον ἀποδείξαντα περὶ Βηρυτὸν, ἐν ᾗ κατοι-"κοῦσι Ρωμαῖοι, καὶ παρακαλοῦντα τούς τε ἡγεμόνας, καὶ "ὃν βασιλέα τῆς Καππαδόκων Αρχέλαον, ὅσους τε τῶν ἄλ-"λων οἴεται φιλίᾳ τε καὶ [i] ἀξιώματι ἐπιφανεῖς, με-"τὰ τῶν ἐκείνων γνώμης ὅπη χρὴ ἁμαρτάνειν." Καῖ-σαρ μὲν ταῦτα [k] ἐπέστελλεν. ὁ δὲ Ηρώδης, τῶν γραμ- ιζ'.
XVII. Herodes vero, literis ad ipſum perlatis, lætitia ſtatim geſtiens exſultabat, tum quod Cæſar ſecum in gratiam rediiſſet, tum propter poteſtatem ſibi factam de filiis pro arbitrio ſtatuendi.

*Herodis in filios immanitas.*

Et *neſcio* quo modo factum eſt, ut qui prius in ſecunda fortuna durus quidem pater fuerat, non tamen temerarius, aut præceps ferebatur ad filiorum interitum; nunc rebus ſuis in melius mutatis & fiducia fretus, novo more laxaverit habenas odiis. Advocavit itaque quos viſum eſt ad concilium; ſed Archelaum non advocavit: noluit enim ut is intereſſet ex ſuo in eum odio, aut quod vereretur ne voluntati ſuæ repugnaturus eſſet.

*Eos accuſat in concilio Beryti habito.*

2. Poſtquam autem duces, atque alii, quos ab urbibus accerſivit, Berytum advenerunt, filios quidem (nam in concilium eos adducere noluit) in vico Sidoniorum, nomine Platana, collocavit, prope urbem, ut ſiſti poſſent ſi *forte* vocarentur; ſoluſque per ſe *in curiam* ingreſſus, centum & quinquaginta virorum in conſeſſu uſus eſt accuſatione, non tam propter infortunium & neceſſitatem miſerabili, quam patri filios criminanti valde indecora. Nam vehemens erat, & in crimine demonſtrando turbidus, & maxima furoris & agreſtis immanitatis præ ſe ferebat indicia; non permittens af-

μάτων ὡς αὐτὸν ἀπενεχθέντων, θεραπὴς μὲν ὑὸς ὅτι ταῖς ἁμαρτίαις ἐγένετο, θεραπὴς δὲ καὶ τῷ πάντα ἐξεῖναι κατὰ τῶν παίδων αὐτῷ. καὶ πῶς [l] ὁ μὲν εὐπρά-τειν, ὁ δὲ πρότερον χαλεπὸν μὲν, ἀλλ' ὅτε θρασύν, ὅτε προπετῆ, τοῖς τῶν ἀπώλειαν τῶν τέκνων παρεῖ-χεν αὐτόν· ὁ δὲ τῷ τότε μεταβολῆς ἀμείνονος καὶ παῤῥησίας ὑπολαβόμενος, τὸ μῖσος ὑπαγορεύει τῷ ἐξουσίαν. [m] διέπεμπεν οὖν ὅσους ἐδύκει καλεῖν εἰς τὸ συνέ-δριον, Αρχελάου χωρίς. ἐκεῖνον γὰρ [n] δι' ἔχθος οὐκ ἠξίου συμπυθάνεσθαι, ἢ καὶ τῇ προαιρέσει νομίζων ἐμ-πόδων ἔσεσθαι.

Β'. Γενομένων δὲ ἐν Βηρυτῷ, τῶν τε ἡγεμόνων, καὶ τῶν ἄλ-λων [o] ὅσους ἀπὸ τῶν πόλεων ἐκάλεσε, τοὺς μὲν παῖδας, ὑπὸ γὰρ ἠξίου παράγειν εἰς τὸ συνέδριον, ἐν κώμῃ τινὶ [p] Σιδωνίων εἶχε, [q] Πλατάνῃ καλουμένῃ, πλησίον τῆς πόλεως, ὡς ἔχειν εὐ κλητεῖσι προσχρῆσαι. μόνος [r] δὲ καθ' αὐτὸν εἰσελθὼν, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα συγκαθημένων ἀνδρῶν, κατηγόρει καλῶν ὑβριν ὑπ' ὀδυνηρὰν ὡς πρὸς ἀνάγκην ὧν ἠτύχει, πλεῖστον δὲ ἀπεοικυῖαν ἡ πατὴρ ὑπὲρ παισὶν εἰπεῖν. βίαιος γὰρ ἦν, καὶ περὶ τὴν ἐπίδειξιν τῆς αἰτίας ἐτετάρακτο, καὶ μέγιστα θυμοῦ καὶ ἀγριότητος ἐνεδίδου σημεῖα, τούς τε ἐλέγχους οὐκ

a Παρ' ἐκείνῳ pro πρὸς ἐκείνον reposui è *Cod. Busb.* b Πυθομενοις *Vat.* c Προστῆναι *Hen.* à prima manu. προσῆναι *Vat.* d Ἐβε-βαίωσεν *Vat.* & *Busb.* e Επεξιέναι *Busb.* ἐπεξιέναι ὡς παρεμαλοίας *Zonar.* f Παρεμαλοίας, forſan pro παρεμαλοῦς, *Gall.* & *Vat.* g Αὐτῷ ἐφῆναι τ. *Vat.* h Συμβουλεύειν *Vat.* & forſan *Epiphan.* i Αξιώματι ἐπιφανεῖς *Vat.* k Επίστειλεν *Busb.* l Τὸ μὲν σὺν ὑπεράγειν *Vat.* m Εὐθὺς ὃν διέπεμπεν *Busb.* & *Epiphan.* n Δι' ἔχθρας *Busb.* δι' ἔχθρα *Zonar.* o Οσους τῶν πόλεων *Vat.* p Ita *Busb. Vat.* & *Epiphan.* & *lib.* 1. *de Bello Jud.* Σιδωνίᾳ in *Editis.* q Παλαστῇ *Vat.* r Δὲ Ε καθ' αὐτὸν *Busb.* & *Hen.* r Απόδειξιν *Vat.* * *Id eſt*, quæ eſſet Romanorum colonia.

a Εφ'

οὐκ ἐκείνοις ὑπηρέπων χαταμαθεῖν· ἀλλὰ συμπορεύειν αὐτοῖς προσιθεὶς, πατρὶ κατὰ παίδων ἀρχήμοσα, καὶ τὰ γραφέντα δι' αὐτῶν ἐκείνων ἀναγινώσκων, οὐ οἷς ὑποβουλὴ μὴ ἢ τις ὑπόνοια δυσνοίας οὐκ ἐγέγραπτο, μόνον δὲ ὡς φυγεῖν βουλόοιντο, καὶ λοιδορίαι τινὲς εἰς αὐτὸν ὀνείδη προφέρουσαι ἀφ' ὧν τιμὴ δύσοιαν. [a]ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ὡς ἐγένετο, μᾶλλόν τε ὠξύθυμα, καὶ τὸ πρᾶον εἰς ὁμολογίαν τῆς ὑποβουλῆς δι' ἐκείνων ἤνυσαν, ἐπομνύμενος, ὡς ἥδιον ἂν θάνοιτο [b]τῆς ζωῆς ἢ τοιούτων ἀκούειν λόγων. τὸ δὲ τελευταῖον εἶπεν, "ὅτι καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ Καίσαρος δόσει τιμὴ ἐξουσίαν αὐτὸς ἔχοι", [c]προσέθηκε καὶ πάτριον αὐτῷ νόμον, [d]ὃς ἐκέλευσεν, "[e]εἰ τῶν κατηγορηθέντων οἱ γονεῖς ὑπθοῖεν [f]τῇ κεφαλῇ τὰς "χεῖρας, ἐπάναγκες εἶ) τοῖς πρεσβῦσι βάλλειν, καὶ "τῦτον ἀποκλείειν ⓐ τόπον. ὅσῳ ἕτοιμος ἂν αὐ"τὸς ἐν τῇ πατρίδι καὶ τῇ βασιλείᾳ ποιεῖν, ὅμως "ἀναμένειν τιμὴ ἐκείνων κρίσιν· ἦκεν μέντοι, δικαίᾳ μὲ "οὐκ ὄντως ὑπὸ φανερῶς οἷς ἐκ τῶν παίδων ὀλίγῳ πάθοι, "[g]συμοργιαθῆναι δὲ καιρὸν ἔχοιλας, ὡς ὑδενὶ ἂν τῶν πόρρω "γενομένων ἀμελῆσαι τοιαύτης ὑποβουλῆς ἄξιον.

γ'. Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος, καὶ τῶν νεανίσκων οὐδὲ ἕως τῆς ἀπολογίας παρεγμένων, συμφρονήσαντες ⓐ κατὰ τὸ συνέδριον ὡς ὑπουκέναι καὶ διαλλαγῶν χεῖρον ἔχοιεν, τιμὴ ἐξουσίαν [h]ἐβεβαίουν αὐτῷ. καὶ [i]πρῶτος μὲν Σατορνῖνος ἀνὴρ ὑπατικὸς, καὶ τῷ ἐπ' ἀξιώματος, ἀπεφήνατο γνώμιον [k]αὐθαιρεστάτην προεισάσει χρώμενος. ἔφη γὰρ "καταδικάζειν μὲν τῶν Ηρώδου παίδων, κλείειν δὲ οὐκ οἴεσθαι "[l]δίκαιον, αὐτὸς παῖδας ἔχων, καὶ τοῦ πάθους μείζονα "ν ὄντος, εἰ καὶ πάντα δι' αὐτοὺς διδυσύχησε." μετ' ἐκεῖνον ⓐ Σατορνίνου παῖδες, εἵποντο γὰρ αὐτῷ τρεῖς ὄντες προσβύται, τιμὴ αὐτιμὴ γνώμιον ἀπεφήναντο. Οὐολύμνιος δὲ ἄντικρυς ἔφη κολάζειν θανάτῳ τοὺς ὄντως ἀσεβήσαντας εἰς ⓐ πατέρα. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τοῦ ἑξῆς οἱ πλείους, [m]ὥστε μηκέτι ἄλλό τι δοκεῖν, ἢ καταδεδικάσθαι τιμὴ ὑπὸ θανάτῳ τοὺς νεανίσκους. καὶ ἐκεῖθεν μὲ εὐθὺς Ηρώδης ἦκεν, ἄγων αὐτοὺς εἰς Τύρον, καὶ ὅ γε Νικολάῳ πλεύσαντος ὡς αὐτὸν ἐκ τῆ Ρώμης ἐπυνθάνετο, προσδυνησάμενος τὰ ὁ Βηρυτῷ, ἥν τινα ἔχοιεν γνώμην περὶ τῶν παίδων αὐτῷ, καὶ οἱ ἐν τῇ Ρώμῃ αὐτῷ φίλοι. κἀκεῖνος εἶπεν, "ὅτι δοκῷ μὲ [n]ἀσεβῆ εἶ) τὰ "ἐκείνοις περὶ σὲ ἐγνωσμένα, χρῆναι μέν τοι αὐτοὺς [o]καθείρ"ξαντα, δεσμώτας φυλάττειν. καὶ εἰ μὲ [p]ἕτερόν σοι δοκοίη, "κολάζειν αὐτούς, μὴ φαίνοιο ὀργῇ ὃ πλέον ἢ γνώμῃ χρῆσθαι· εἰ δὲ ταναντία, λύειν, μὴ ἀνεπανόρθωτον "εἴη σοι ὃ ἀτύχημα. τὰ αὐτὰ δὲ δοκῷ καὶ ἐν Ρώμῃ τοῖς "πλείοσι τῶν σῶν φίλων." καὶ [q]ὃς σιωπήσας [q]ἐν πολλῇ ἐγένετο συμποίᾳ, κἀκεῖνον ἐκέλευσε συμπλεῖν αὐτῷ.

sessoribus ut argumenta ponderarent atque perpenderent: sed, haud convenienter patri contra filios, ipse ea tuens atque defendens, & quæ ab illis scripta erant legens, in quibus nihil insidiarum inerat, aut sceleris quod machinati fuerant, sed tantum cogitatam fugam continebant, & maledicta quædam in patrem contumeliosa, propter ejus in eos malevolentiam. Ad quæ ubi ventum est, exclamabat etiam vehementius, crimenque exaggerabat, perinde ac si de insidiis confessi fuissent, jurans se vitam amittere maluisse quam talia audire. Postremo autem, cum dixisset," se tum jure naturæ, "*utpote patrem*, tum permissu Cæsaris potesta"tem habere," addidit & legem patriam quæ *Lex Judæorum de filiis contumacibus.* jussit, "ut, si parentes filio accusato manus in "caput imponant, necesse habeant circumstan"tes in eum lapides mittere atque ita eum oc"cidere. quod cum ipse in sua patria & re"gno facere potuisset, illorum tamen senten"tiam exspectasse: qui tamen eò non ut judi"ces (utpote in tam manifestis *insidiis*, qui"bus parum abfuit quin ipse *extrema* passus "fuisset à filiis) sed ut iræ suæ adjutores op"portune venissent, ac si par esset, nemini, "quamvis remoto, negligendas esse ejusmo"di insidias.

3. Hæc loquuto rege, & juvenibus ne ad causæ quidem suæ dictionem introductis, assessores, cum eum iratiorem esse percepissent, quam ut ad æquitatem aut concordiam perducere possent, potestatem ei confirmarunt. Et *Mittem sententiam ferunt Saturninus ejusque filii.* primus quidem Saturninus, vir consularis, & magnæ auctoritatis, sententiam protulit moderatissimam cum pietatis adjuncto. dicebat enim, "se damnare quidem Herodis filios, non "vero justum censere ut morte multentur, ut "qui ipse filios haberet, cum majus esset hoc "supplicium, quam omnia quæ ab ipsis acci"dere mala potuissent." Deinde Saturnini filii (nam tres una secum legatos habebat) eandem sententiam sequuti sunt. Sed Volumnius *Duriorem Volumnius Aliique.* è contra morte plectendos pronunciabat, qui se in patrem tam impie gessissent. In eadem deinceps ivit maxima pars reliquorum, adeo ut nil aliud crederetur, quam capite damnatos iri juvenes. Moxque illinc Tyrum proficiscitur Herodes, pueros secum ducens: & Nicolaum ad se Roma reversum interrogat, postquam ei acta Beryti narraverat, quænam fuerit amicorum suorum, qui Romæ essent, de pueris sententia. Cui ille respondit, "videri eis *Nicolai responsum ad Herodem.* "impios quidem esse filiorum in te conatus, "debere tamen eos à te vinculis custodiaque "teneri. postea, si severior sententia placue"rit, *morte* posse puniri, ne iracundia magis "quam ratione usus esse videare: sin mitiora "malis, posse absolvi, ne in immedicabile in"fortunium incidas. Hæc sunt quæ plerique "omnes amici tui Romæ degentes censent." Tum ille, cum aliquandiu in tacita cogitatione fuisset, Nicolaum secum navigare jussit.

4. Ubi

a Ἐφ' οἷς *Busb. & Gall.* b Τῆ ζῆν *Vat. & Busb.* c Προσέθηκε ᾗ ℭ *Hen.* à prima manu. d Ἐκέλευεν *Busb.* e Εἴτε κατηγορέσαντος *Busb. Vat & Zonar.* Hac de lege confer *Deut.* c. 21. v. 19, & 20. & *Josephum* in *Antiq* l. 4. c. 8. p. 168, 169. Videtis etiam *Seldenum* l. 3. de *Synedriis*, c. 13. p. 555. & *Grotium* ad *Deut.* c. 21. v. 20. f Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ *Vat & Hen.* à pr. m. g Συνοργιάσαι δὲ κ. καιρὸν *Hen.* à pr. m. h Ἀπεδείκνυον *Gall.* i Πρῶτον *Vat.* k Αὐθεντικὴν *Vat.* αὐθημερεστάτη *Busb.* l Ita *Gen. Gall.* & i ac. δικαιῶν *Bas Busb. & Hen.* m Ὡστε κ μηκετι *Vat.* n Ἀσεβῆ μοι εἶναι *Hen.* o Καθείρξας *Hen.* p Ἕτερος *Busb. & Vat.* q Ἐν πολλῇ εὐνοίᾳ *Hen.* à pr. m. ὁ πολλῇ ἐχόντο εὐνοίᾳ *Vat.*

*Herodes filios ſecum ducit Cæſaream.*

4. Ubi autem Cæſaream ventum eſſet, cœperunt ſtatim vulgo de pueris loqui: atque per regnum ejus ſuſpenſi tenebantur, *cunctis* quo tandem res illorum evaſuræ eſſent exſpectantibus. metuebant enim omnes ne propter inveteratum diſſidium immineret eis exitium, atque vicem illorum graviter dolebant: tamen nec vocem ullam temere vel emittere vel etiam audire ab alio licebat ſine periculo; ſed miſericordiam, *quam de pueris habebant*, clauſam tenebant, & tam atrox facinus dolenter quidem, ſed taciti ferebant. Unus autem, nomine Tero, regis olim miles, qui filium habebat Alexandro æqualem atque amicum, quicquid alii quieti occultabant, ipſe libere eloquebatur, & ſæpe palam in vulgus exclamare cogebatur, dicens, "interiiſſe veritatem, ſublatum "jus ex hominibus, vigere mendacium & ma"litiam, & tantam nubem rebus inducere, "ut à peccantibus ne maxima quidem mala "in homines cadentia cerni poſſent." Hæc tam libere dicens, videbatur quidem non ſine periculo facere: ſed movebat omnes æquitas rei, quod animoſe & fortiter ſe illis temporibus gereret. quapropter omnia quæ ille diceret libenter omnes audiebant ut ab eo dicta, & cum ſibi cavendum eſſe ſilentio providerent, tamen ejus confidentiam collaudabant. nam tanti mali exſpectatio unumquemque cogebat quodcunque liberet pro eo loqui.

*Tero verba facit ad populum paulo liberiora.*

*Pari fiducia alloquitur regem.*

4. Ille vero regem ipſum adiit audaciſſime, & ſolum cum ſolo colloqui velle dicebat: ac facta poteſtate, "Non poſſum, inquit, ô Rex, "diutius ferre hanc animi anxietatem. Equi"dem audacem hanc confidentiam, ſed tibi "neceſſariam & conducibilem, ſi quid ab ea "utilitatis perceperis, meæ vitæ antepoſui. "Sanuſne es, aut ubi eſt excellens illud inge"nium, quo tot tantaſque res aſſequutus es? "quæ eſt iſta amicorum cognatorumque ſoli"tudo? quos equidem, quamvis præſentes, "nec cognatos nec amicos judico, qui tantum "ſcelus in quondam felici regno perpetrari "ſuſtineant. Et tu non aſpicies quid agatur? "duos juvenes regina conjuge tibi natos, omni "virtute ornatiſſimos interficies, tuamque ſe"nectutem uni puero committes, qui ſuſce"ptam de ſe ſpem male ſuſtinuit, & conſan"guineis, quos ipſe toties jam capitis damna"ſti? Nonne cogitabis vulgus ſilere, tamen "peccatum videre, & facinus odiſſe: exerci"tumque univerſum, & maxime præcipuos, "miſericordia commoveri erga infelices, odio "erga infelicitatis auctores?" Audiebat rex iſta, principio quidem non omnino *intemperanter: ſed ubi ſcilicet Tero facinus & domeſticorum perfidiam aperte taxavit, commovit ſe rex. Et Tero è contra paulatim modum exceſſit immoderata & militari libertate uſus. nec tempus ſatis ſcite & commode cepit. Unde ita turbatus eſt Herodes, ut, ea verba pro conviciis magis quam pro utili admonitione

*Regem nimia libertate uſus offendit.*

δ'. Ως δὲ [a]ἦκεν εἰς Καισάρειαν, ἦ λόγος εὐθὺς ἅπασι τ παίδων, καὶ μετέωρος ἡ βασιλεία, [b]ποῖ ποτε χωρήσειε τὰ κατ' αὐτὸς ἐκδεχομένων. δεινοὶ γὰρ ὑπῆρχε πάντας δέος ἐκ παλαιᾶ καθασεσιασζομένης εἰς αὐτὸ ὃ πέρας ἐλθεῖν, καὶ τοῖς μὲ παθεσιν ἐδυσχέραινον. οὐκ ἦν δὲ ὐδὲ εἰπεῖν τι ασφαλὲς, ὅτε ἄλλω λέγοντος ἀκύειν ἀκίνδυνον, ἀλλ' ἐγκεκλεισμένοι τ ἔλεον, ὀδυνηρῶς μὲν, ἀναύδως δὲ τὴν ὑποβολὴν ὅ πάθος ἔφερον. εἷς δὲ [c]αὐτῷ πάλαι τραπώτης, [d]ὀνόματι Τήρων, ἦν αὐτῷ καθ' ἡλικίας ὄντος Αλεξάνδρῳ φίλος, πάντα, ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδύομα δι' ἡσυχίας ἦν, [e]αὐτὸς ὑπ' ἐλευθερίοτητος ἐξελάλει, καὶ βοᾶν ἠναγκάζετο πολλάκις ὑπ τοῖς πλήθεσιν, ἀπαρακαλύπτως λέγων, "ὡς ἀπώλοιτο μὲν ἡ "ἀλήθεια, τὸ δὲ δίκαιον ὐκ τ ἀνθρώπων ἀνηρημένον εἴη, "κρατεῖ δὲ τὰ ψεύσματα καὶ ἡ κακοήθεια, καὶ το"σοῦτον νέφος ἐπάγει τοῖς πράγμασιν, ὡς μηδὲ τὰ μέ"γιστα τ ἀνθρωπίνων παθῶν ὁρᾶσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσιν." τοιοῦτος ὢν, ἐδόκει μὲν ὐκ ἀκινδύνως παῤῥησιάζεσθαι· τὸ δὲ εὔλογον ἐκίνει πάντας, ὐκ ἀνάνδρως αὐτῷ πρὸς τὸ καιρὸν ἰσαμένῳ. διὸ καὶ πάντα, ἅπερ αὐτὸς εἴποιεν, ἕκαστος ἡδέως ἤκουεν ὑπ' ἐκείνῳ λεγόμενα, καὶ ὃ καθ' αὑτὸς ἀσφαλὲς ὐ τῷ σιγᾶν προφορώμενοι, τὴν ἐκείνῳ παῤῥησίαν ὅμως ἀπεδέχοντο. τὸ γὰρ προσδοκώμενον πάθος, ἐδιάζετο πάντα ὅν τινα οἷόν ὑπὲρ αὐτῷ λαλεῖν.

δ'. Ο δὲ ἡ πρὸς τ βασιλέα μὴ πάσης παῤῥησίας ἀσταμένος, μόνος μόνῳ λέγειν ἠξίου· καὶ συγχωρήσαντος, [f]ἡ δυνάμενος, εἶπεν, "ὦ βασιλεῦ, ἀφαιρεῖσθαι ὅτι "τοιούτῳ πάθει, τ τολμηρὰν ταύτην παῤῥησίαν, ἀναγκαίαν "δὲ σοὶ, καὶ συμφέρουσαν εἰ [g]λάβοις τι χρήσιμον ἐξ "αὐτῆς, ὀφθῆναι τ ἐμῆς ἀσφαλείας. [h]ποῖ ποτε φέρον- "τό σε, καὶ πεπίωκεν ὐκ τ ψυχῆς αἱ φρένες; ποῖ δὲ "καὶ ὁ πρεπὼς ἐκεῖνος νοῦς, ᾧ πολλὰ καὶ μεγάλα κα- "τώρθωσας; τίς δὲ ἡ τ φίλων καὶ συγγενῶν ἐρημία; κρί- "νω δὲ, ὐδὲ παρόντας αὐτοὺς εἶ) συγγενεῖς ἢ φίλους, οἳ "θεωροῦσι τοιοῦτον μῖσος ὅτι τῇ μαινομένῃ ποτὲ βα- "σιλείᾳ. σὺ δὲ ὐ σκέψῃ τι περαινόμενον ὅσι; [i]δύο νεα- "νίσκους ἐκ βασιλίδος [k]σοὶ γυναικὸς γεγεννημένους, εἰς πᾶσ "ἀρετὴν ἄκρους, ἀναιρήσεις, σεαυτὸν ὑπ γήρᾳ καθαλιπὼν "ἐφ' ἑνὶ παιδὶ κακῶς οἰκονομήσαντι τ εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, ἦ "συγγενέσιν ὧν αὐτὸς ἤδη τοσαυτάκις [l]κατέγνως θανάσιμον; "ὐκ ἐννοήσεις ὅτι ἦ τ ὄχλων ἡ σιωπὴ τ ἁμαρτίαν ὅμως "ὁρᾷ καὶ μισεῖ ὅ πάθος· ἤτε γραπτὰ πᾶσα, καὶ ταύτης σὺ "προῤῥοὴς, ἔλεον μὲ τ ἀτυχούντων, μῖσος δὲ τ ταῦτα "διαπραττομένων ἐρίσασι;" ἦκεν τούτῳ ὁ βασιλεὺς, ἐπ ἀρχῇ μὲ ὐ παῤῥάπασιν ἀγνωμόνως· ἀλλὰ, τί δῆ ἦ λέγειν, [m]διεκίνησεν ἑαυτὸν ἀφαμένῳ ὐ Τήρωνος σιαργῶς ὐ τε πά- θους ἦ τ περὶ τὰς οἰκείας ἀπιστίας. αὐτὸς δὲ ὁ μὲν ἐπεδέδυ χῖ μικρὸν ἀμέτρῳ ἦ στρατιωτικῇ χρώμενος παῤῥησίᾳ. ὃ δὴ ἀπαράδοτον [n]ἐξέπιπτε ὐ χαρᾷ. ταραχὴς δὲ Ηρώδης ὀξε- πίμπλατο, ἦ μᾶλλον ὀνηδίζεσθαι δοκῶν, ἢ πρὸς ὃ συμφέρον ἀκύειν

a Ηλθεν *Busb.* & *Vat.* b Ita *Busb. Hen.* & *Baſ.* ποίποτε in *aliis.* c Αὐτῶν *Busb.* & *Vat.* d Ονομα *Busb Vat.* & *Zonar.* e Αὐτὸς ἐπ' ἰλ. *Vat.* f Ita cum *Cod. Vat.* & *Epiphan.* ἀδυνάμενος εἶπεν, ὦ βασιλεῦ διακαιρεῖσθαι in *Editis Aliiſque*, niſi quod διακαιρεῖ habeat *Hen.* à pr. m. g Ita *Vat.* λάβοις in *cæteris.* h Ποῖποτε οἴχονται σε *Busb.* ποῖ ποτε οἴχονταί σε *Vat.* i Ει δύο ν. *Busb.* k Illud σοὶ deeſt *Vat.* l Κατέγνωκας *Busb.* & *Vat.* m Διεκίνησεν αὐτὸν *Vat.* n Υπεξέπιπτε *Vat.* ὑπεξέπιπτε *Busb.* * *Al.* libenter, *aut* non iracunde, *aut* æquis auribus.

a Εκεισε

ἀχθῆναι τὸν λόγων, [a] ἐπεὶ καὶ τοὺς [b] διακειμένους βαρέως καὶ τοὺς ἀδανακλήτους ἡγεμόνας ἐπύθετο, προσάπτῃ [c] τὸ τοιαῦτα διαβουλίων ἄπονίας, καὶ τὸν Τήρωνα δίκαιος ἔχειν ἐν φυλακῇ.

ε'. Τότε γενηθέντος, ὑποπτεύσῃ τῷ κυρῷ καὶ Τρύφων τις κουρεὺς τοῦ βασιλέως, ὃς ἔφη προσιὼν ἐκ πολλῶν ἤδη πολλάκις ὁ Τήρων, ὁπόταν [d] θεραπεύῃ τὸν βασιλέα ξυρῷ τὸν λαιμὸν [e] ὑποτεμεῖν· ἔσεσθαι γὰρ αὐτῷ πρὸς [f] τοῖς περὶ Ἀλέξανδρον, καὶ μεγάλας λήψεσθαι δωρεάς. Ταῦτα εἰπόντα συλλαμβάνειν κελεύει, καὶ μὴ ταῦτα βάσανος λαβὼν τοῦ τε Τήρωνος, καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ κουρέως. διακρατηθέντος τε τοῦ Τήρωνος, ὁρῶν ὁ νεανίσκος τὸν πατέρα, χαλεπῶς μὲν ἤδη διακείμενον, ἔχοντα δὲ ἐλπίδα σωτηρίας, [g] αὐτό τε τὸ μέλλον ἐκ τῶν περὶ τὴν πάροδον δυσχερείας τεκμαιρόμενον, ἔφη "[h] μηνύειν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀλήθειαν, εἰ παραιτήσῃ αὐτὸν τοῦ "φεύσεσθαι τὸν βασάνων καὶ τὸν αἰκίας αὐτόν τε καὶ τὸν πατέρα." δόντος δὲ πίστιν ὑπὲρ τούτοις, ἔλεγεν "ὡς εἴη σωθῆναι τις "ὑπὸ θεῶν δι' αὐθυμερείας βασιλέα τὸν Τήρωνα. προσιὼν "θεῶν δὲ εὔποροι εἰσὶ) μόνοι μόνῳ, καὶ πράσσοντα παθεῖν τι τῶν "εἰκότων ἐκ ἀγεννὲς Ἀλεξάνδρῳ χαριζόμενον". ταῦτα μὲν [i] ὧν ἐκεῖνος εἶπεν, ἐξαιρεῖται τὸν πατέρα τὸν ἀνάγκης, ἄδηλον εἴτε τὴν ἀλήθειαν ἐκβιασθεὶς φράζῃ, εἴτε καὶ παραφρὴν νοήσας τινὰ ταύτῃ τὸν κακοῦ αὐτῷ καὶ ὃν γεγεννηκότι.

ς'. Ὁ δὲ Ἡρώδης, [k] εἴ τι πρότερον ἐνδιάσημον ἦν αὐτῷ περὶ τὴν τεκνοκτονίαν, τότε τόπον ἢ χώραν κατέλειπεν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀλλὰ πᾶν ἐξηρημένος ὃ δυνάμενον αὐτῷ ὑπόνοιαν ἀμείνονος λογισμοῦ παρασχεῖν, ἔσπευσεν ἤδη τέλος ὀπιθεῖναι τῇ προαιρέσει. καὶ [m] προσαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν, τριακοσίους τε τοὺς ἡγεμόνας τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους, καὶ τὸν Τήρωνα σὺν τῷ παιδί, [n] καὶ τῷ πρὸ ἐκείνου διελέγοντι κυρεῖ, κατηγορίαν ὁ ἀπάντων αὐτῶν ἐποιήσατο· κἀκείνους μὲν ὁ πλῆθος ἀεὶ τοὺς παραλυχνίους βάλλοντες, ἀπέκτειναν. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Ἀριστόβουλος, ἀχθέντες εἰς Σεβαστὴν, ὑπὸ ἄξονος τοῦ πατρὸς, στραγγάλῃ κλείνονται. τὰ δὲ σώματα νύκτωρ εἰς Ἀλεξάνδρειον ἀπέθεντο, τοῦ τε μητροπάτορος ἐκεῖ, καὶ τῶν πλείστων αὐτοῖς προγόνων [p] κειμένων.

ζ. Ἴσως μὲν οὖν ἂν ἄλογον εἶναι δόξαι τοῖς καταφανέσι, πρόφασιν οὐκ πολλοῦ τὸ μῖσος ὅσον αὐξηθῆναι, καὶ πρεσβύτερον προελθὸν ἀποκλῖναι τὸν φύσιν. ἀπίστασις δὲ γονέων εἰκότως, εἴτε εἰς τοὺς νεανίσκους ἀνοσίου τοῦ τοιούτου αἰτίᾳ, πρὸς αἰτίαν ὀργῆς [q] ἀναγαγόντας τὸν πατέρα, καὶ χείρω προσκευάσαντας τὸν χαλεπότητα ἀνήκεστον αὐτοῖς, εἴ τε καὶ πρὸς αὐτὸν οἰκεῖον ἀπαθῆ καὶ πρεπτὸν ὄντα περὶ τὸν ἐπιθυμίαν τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ἄλλης εὐδοξίας, ὡς μηδένα οἴεσθαι προσηκόντων, ἐφ' ᾧ πᾶν τὸ βουλόμενον ἀκίνητον ἔχειν, ἢ καὶ τὸν τύχην πρυτανεύσαντος λογισμῷ μείζω τοῦ δυνάμεως ἰσχυκέναι, ὅθεν καὶ πειρώμεθα τὰς ἀνθρωπίνας πράξεις ὑπ' ἐκείνης [r] προκαθωσιῶσθαι τῆς τὸ γενέσθαι πάντως ἀνάγκης, καὶ καλοῦμεν αὐτὸν [s] εἱμαρμένην, ὡς σφόδρα ὄντος, ὃ

ducens, ubi milites rem ægre ferre & duces indignari audivit, tam eos qui nominati fuerant quam ipsum Teronem in custodia vinctos adservari jusserit.

5. Hoc facto Tryphon quidam, regis tonsor, arrepta occasione, regem adiit, eique nunciabat, Teronem sæpe sibi persuadere voluisse, ut regi barbam tondens eum novacula jugularet: ita principem locum apud Alexandrum habiturus, & magna præmia consequuturus. Hæc loquutum jussit rex comprehendi: ac deinde de Terone & ejus filio & tonsore quæstio habita est. Cumque Tero persisteret, juvenis patrem male jam mulctatum, nec ullam spem salutis habere videns, & quid futurum esset ex summis ejus angoribus conjiciens, dicebat "se regi veritatem patefacturum, si fore "polliceretur ut & ipsi & patri tormenta & "cruciatus remitteret." Ubi autem rex ei fidem dedit, ajebat, "constitutum fuisse, ut Te-"ro regi manum afferret; ac factu facile esse "ut solus solum aggrederetur: quo perpetra-"to, si quid ei finistrum accidisset, id honori "fore, dum Alexandro gratificaretur." Istis quidem ab illo dictis, patrem à necessitate redemit: neque scitur, verumne dixerit vi coactus, an id fecerit ut à semetipso & patre dolorem depelleret.

*Tryphon Herodis tonsor Teronem accusat.*

*Confessio filii Teronis.*

6. Herodes vero si vel minimam antea de filiis *suis* occidendis dubitationem habuerit, jam ei nullo in anima loco relicto, sed ejectis omnibus quæ sibi vel tantillum melioris consilii suggerere possent, institutum exsequi properavit. Cumque in cœtu produxisset triginta duces, in reos relatos, & Teronem cum suo filio, & tonsorem indicem, eos omnes accusavit: atque populus, conjectis quæcunque venerunt in manum, eos necavit. Alexander vero & Aristobulus, ducti Sebasten, jussu patris ibi strangulantur: & corpora noctu portantur Alexandrium, ubi siti erant maternus avunculus & multi ex majoribus eorum.

*Tryphon, filius ejus, & tonsor lapidati.*

*Aristobulus & Alexander jussu Herodis strangulati.*

7. Et forsan quidem aliquibus minime mirum videbitur, odium inveteratum adeo crevisse, & eousque processisse, ut ipsam naturam vinceret. Merito autem dubitari possit, an adolescentibus ejusmodi quid vitio vertendum, quod patri justam illis succensendi causam dederint; ac deinde ita eum perversitate sua irritarint, ut implacabilis evaderet: an quod ipse adeo durus fuerit & ferreus, & tam in aliis rebus gloriæ quam dominationis vehementer cupidus, ut neminem sibi *socium* assumendum putaret, quod quicquid ei placeret firmum ratumque haberi voluerit: an *quod dicendum* fortunam vim obtinuisse, omni consilio prudentiæ licet pleno potentiorem; unde & credere solemus, humanos actus à necessitate quadam præfancitos esse ut omnino fiant, eamque vim fatum vocamus, quòd nihil sit quod illa

a Ἐπειδὴ Busb. b Ἀπεχθῶς, aut aliud adverbium excidisse aut subintelligendum esse existimo. *Epiphanius* vertit, *quia milites eum abhorrerent, & primates eorum sibi indignarentur.* c Τῷ τι ὀνόματι δηλωθέντων ἀπόντων Vat. τὰς τι ὀνόματι δηλωθέντας ἄπαντας Busb. d Θεραπεύει Busb. ὡς πολλοὶ πολλάκις αὐτὸν ὁ Τήρων, ὁπόταν θεραπεύῃ Vat. e Ἀποτέμνειν Vat. τεμεῖν Zonar. f Τοῖς abest Vat. g Ἑαυτῷ τε τὸ μ. Vat. αὐτῷ τε τὸ μ. Busb. h Μηνύσειν Vat. i Illud ὧν ἐ Cod. Vat. k Οὐδ' εἰ τὸ πρ. Vat. & Hen. à pr. m. l Ita cum Cod. Vat. μεταποιεῖσθαι in Editis Aliisque. m Προῆγεν Vat. προσαγαγὼν Zonar. n Καὶ τῷ ἐκείνου Busb. o Ἀπάντων ἐποιεῖτο Busb. p Post κειμένων habemus τοῦτο τὸ πλῆθος τῶν πανίσκων in Cod. Busb. q Εἰσαγόντας Vat. forsan pro ἀναγαγόντας. r Προκαθωσιῶσθαι τῇ δ' μοίρᾳ πάντως ἀνάγκη Vat. Est qui malit ὑπ' ἐκείνης προκαθωσιῶσθαι τῇ τ.γ.π. ἀνάγκῃ, per illam (*sc.* fortunam) quod eos evenire omnino necesse sit, à culpa esse præexemptos &c. s Alludere videtur ad notationem Latini nominis potius quam Græci. nam *fatum* à *faciendo* dictum videri potest: at in Græco idiomate, quo usus est *Josephus*, εἱμαρμένη non ab *efficiendo* sed *fortiendo* deducitur. *Salianus* in *Ann. Eccl.* l. 6. p. 386.

*Anilæus apud Aſinæum accuſatur.*

[a] Ἐκεχειρωτόνητο πτῶσιν τινὰν ἢ μ. depravate in *Codd. Hen. Vat.* & *Gall.* [b] Eo modo diſtinguendum cenſui; & in verſione *ἡ γυνὴ* ſupplevi poſt *ἀφηρημένην*. prius abſque commate poſt *πεσόντος* lectum erat. [c] Ita *Bunb.* ἐξεσίλωσεν in *cæteris* omnibus. [d] Hic ellipſin eſſe puto ἐ ἐπὶς aut ἐκπε. [e] Ita lego cum *Cod. Bunb.* εὐνοίας τε ἔ τίμων ἢ πτ. in *Editis Aliiſque*. Forſan εὐνοίαν ἔ τίμων, at ellipſis ſit vocularæ ἀφ'. [f] Sic *Bunb.* & *Epiphan.* [g] πᾶσιν ἱεροῖς in *reliquis*. [h] Illud ἔ è *Codd. MSS.*

concurſus ad eum fieret, majoreſque ederentur clamores, tunc demum de iſtis Anilæum alloquitur, & de anteactis eum objurgans, jubenſque ut in poſterum ita facere deſinat, mulieremque domum ad cognatos remittat. Nihil tamen hac admonitione profectum eſt. Mulier autem ſentiens ſui cauſa tumultuari populum, & verita ne Anilæo propter amorem ſui durius aliquid accideret, veneno, quod Aſinæo in cibis miſcuerat, hominem ſuſtulit: nec quidquam metuebat ex iis quæ perpetraverat, quod judicem habitura eſſet *virum* ipſam perdite amantem.

*Aſinæus ab Anilæi uxore veneno ſublatus.*

*Anilæus in Mithridatem educit exercitum.*

6. Cæterum Anilæus, cum imperium jam ſolus ſuſcepiſſet, exercitum educit in vicos Mithridatis, viri apud Parthos primarii, & qui Artabani regis filiam in matrimonium acceperat: eoſque magna præda abacta populatus eſt. & magna quidem pecuniæ & mancipiorum vis in illis reperta eſt, multaque pecora & alia quamplurima quæ ea habentibus vitam faciunt beatiorem. Mithridates vero, qui tum forte in ea erat regione, audita vicorum expugnatione, indigne ferens quod Anilæus, quem non ante laceſſiverat, ipſum injuria afficere cœperit, ſuamque in præſenti dignitatem inſuper habuerit, poſtquam tantum equitatus, quantum poterat, collegiſſet, & ex omnibus eos qui ætate florerent, Anilæo obviam ibat, quaſi cum eo acie congreſſurus. Cumque ad vicum quendam è ſuis perveniſſet, illic ſe continuit & quieſcebat, quaſi poſtridie pugnam initurus, utpote Sabbati die, quem fauſtum in otio agunt Judæi. Anilæus autem cum iſta reſciviſſet ex homine alienigena, Syro genere, alterius vici incola, qui & alia diligenter ei narrabat, & locum ubi Mithridates *cum ſuis* epulaturus eſſet, ſumpta tempeſtive cœna, nocte iter faciebat, eo animo ut Parthos omnium quæ agerentur ignaros adoriretur: & circa quartam vigiliam eos adortus, alios quidem dormientes interficit, alios vero in fugam vertit. Mithridatem autem *ipſum* cum vivum cepiſſet, ſecum abducebat, nudum aſino impoſitum, quæ apud Parthos graviſſima habetur contumelia. Cumque in ſylvam tali propoſito eum perduxiſſet, juberentque amici ut Mithridatem occideret, ille ad diverſa contendens eos perdocebat: "nequaquam è re ſua "eſſe ut Mithridatem occiderent, ut qui pri-"mæ eſſet dignitatis inter Parthos, majorique "in honore quod ex nuptiis arctiori neceſſi-"tudine cum rege conjungeretur. nunc enim "toleratu haud difficilia eſſe quæ fecerant, & "licet contumelia affectus fuerit Mithridates, "quòd tamen vitam conſervatam vobis acce-"ptam debuerit, non obliturum eſſe gratiam il-"lis referre qui hujuſmodi beneficium *ei* dede-"rint. Sin vero malorum graviſſimum patie-"tur, non conquieſcet rex, donec magnam Ju-"dæorum in Babylonia ſtragem ediderit, qui-"bus *ſane* ut parceretur bene ſe haberet, tam

*Mithridatem captum abducit.*

ὁσημέραι [a] συνεφέρετο, καὶ πλείους ἦσαν αἱ καταβοαί, τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀνιλαίου, τοῖς τε θεῖον γενόσιν ὀπτῶσι, καὶ παύσασθαι ὃ λοιπὸν καλοῦσιν ἄνθρωπον ἀποπεμψάμενον εἰς τοὺς συγγενεῖς. ἐπράττετο δὲ ὑδὲν ὧν τὸ λόγιον. καὶ ἡ γυνὴ δὲ αἰσθανομένη μὴ δι' ὀργῆς δι' κατέχοιτο τοὺς λαοὺς δι' αὐτὸν, δείσασα δὲ τοῦ δι' Ανιλαίῳ [b] μὴ καί τι πάθοι ἔρωτι δι' αὐτὸν, φάρμακον τῷ Ἀσιναίῳ δοῦσα ἐν τοῖς σιτίοις, μεμιγμένα ἀνθρώπου, ἀδίκως τε ἐκ κρίσεως τοῦ δεῖ αὐτὸν τοιαῦτα προσδοκώμενον τῷ ἐργασθῆναι γενομένῳ.

6'. Ανιλαῖος δὲ, καταμόνας ἤδη τὴν ἡγεμονίαν ἐσχηκὼς, ἐξάγει στρατὸν ἐπὶ τοὺς Μιθριδάτου κώμας, ἀνδρὸς τοῦτο ἐν Παρθυαίοις, καὶ βασιλέως Αρταβάνου γυναῖκα γεγαμηκότος, ἀφ' ἧς λείας τε ἦγεν αὐτούς. καὶ πολλὰ μὲν χρήματα καὶ ἀνδραπόδων εὐπορίαν, πολλά τε πρόβατα, ἄλλα τε πολλὰ ὁπόσα ἐπὶ τοσοῦτον τοῦ εὐδαίμονος ὠφελεῖ τοὺς ἔχοντας. Μιθριδάτης δὲ, ἐτύγχανε γὰρ τῇδε [c] ὤν, ἐπεὶ ἀκούει τὴν κώμην τὴν ἄλωσιν, ἐν δεινῷ φέρων [d] ὁπότε μὴ προάρξαντος ἀδικεῖν Ανιλαίου ἄρξαιτο, καὶ παρόντος τοῦ ἀξιώματος ὑπερίδοι, ἱππέας συναγαγὼν πλείστους ὅσους ἐδυνάτο, καὶ τὴν πλείστην τὰς ἐν ἡλικίᾳ, παρὼν ὡς προσμίξων τοῖς περὶ Ανιλαῖον. καὶ ἔν τινι κώμῃ τὴν αὐτῷ καταλαβὼν ἡσύχαζεν, ὡς τῇ ὑπούσῃ [e] μαχησόμενος· ἦν δὲ τὸ εἶναι Σάββατον ἡμέραν τοῖς Ιουδαίοις ἐν ἀργίᾳ ἀγομένην. Ανιλαῖος δὲ ταῦτα πυθόμενος παρ' ἀνδρὸς Σύρου ἀλλοφύλου ἐξ ἑτέρας κώμης, τά τε ἄλλα φράζοντος ἀκριβῶς, καὶ τὸ χωρίον ἔνθα Μιθριδάτης ἤμελλε [f] δαψιλεύσασθαι, δειπνοποιησάμενος καθ' ὥραν ἤλασε νυκτὸς ἀμαθίσι τῶν ποιουμένων χρήσεων [g] τοῖς Παρθυαίοις ὑπὸ πόδας. καὶ περὶ φυλακὴν τετάρτην ὑπὸ πόδας, τοὺς μὲν ἐπὶ κοιμωμένους ἀναιρεῖ, τοὺς δὲ εἰς φυγὴν [h] τρέπει. Μιθριδάτῃ δὲ ζωγρίᾳ λαβὼν, ἦγεν ὡς αὐτὸν ὑπὸ ὄνοις γυμνὸν ἀναβήσας, ὅπερ ἀτιμιῶν μεγίστη νομίζεται παρὰ [i] Παρθυαίοις. καταγαγὼν δὲ εἰς [k] τὴν ὕλην μετὰ τοιοῦτον ὄχημα, καὶ κελεύοντων τῶν φίλων ἀναιρεῖν αὐτὸν Μιθριδάτῃ, ἀνεδίδασκεν αὐτοὺς ἀσύδην αὐτὸς ὑπὲρ αὐτῶν· "μὴ γὰρ καλῶς ἔχειν ἀναιρεῖν ἄνδρα γέ-"νους τε ὄντα τοῦ πρώτου παρὰ Παρθυαίοις, καὶ "ὑπογαμίᾳ τῇ πρὸς βασιλέα μειζόνως τιμώ-"μενον. νῦν μὲν γὰρ ἀνεκτὰ εἶναι τὰ πεπραγμέ-"να· καὶ γὰρ [l] εἰ ὑβρίσθη Μιθριδάτης, ἀλλ' οἷν σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς [m] εὐεργετούμενον χάριτος "μνήσασθαι τοῖς τὰ τοιάδε [n] παθοῦσιν. [n] παθόν-"τος δὲ τι ἀνήκεστον, οὐκ ἀτρεμήσειν βασιλέα, [o] μὴ "οὐ μεγάλῃ σφαγῇ Ιουδαίων τὴν ἐν Βαβυλῶ-"νι [p] ποιησάμενον, ἐν φόβῳ καλῶς ἔχειν, ἀφ' ἑαυτῷ

"τῷ

[a] Συναπεφέρετο *Busb.* [b] Ita in *Editis.* μηκέτι *Busb.* [c] Voculam ὢν inſertum dedi ex *MSS.* [d] Ὁπότε μὴ ἄρξαντος ἀδικεῖν Ἀνιλαῖος ἤρξατο *Busb.* [e] Μαχούμενος *Busb.* [f] Ita diſtinguo cum *Cod. Busb.* & *Epiphan.* δαψιλεύσασθαι, καθ' ὥραν ἄλλων in *Editis Aliiſque.* [g] Τοῖς ἑωθινοῖς *Busb.* & *Epiphan.* [h] Τρέπεται *Busb.* [i] Πάρθοις *Busb.* [k] Supra p. 828. τὸ ὕλον. [l] Εἰ ἀδικήσειν *Busb.* [m] Εὐεργετούμενον μεμνήσεσθαι χάριτος τοῖς τοιάδε π. *Busb.* [n] Ita lego & diſtinguo cum *Cod. Busb.* καὶ δὲ τι ἀνήκεστον ἂν ἀτρεμήσειν βασιλέα in *Editis Aliiſque.* [o] Iterum cum *Cod. Busb.* non diſſentiente *Epiphanio* perperam antea erat, μὴ ὄν. [p] Ποιησάμενον *Busb.* & mox, ὄντα, ἀφ' ἑαυτῷ τῷ σ.

"τὴν συγγένειαν, καὶ ἅμα τὸ μὴ ἀσφαλῶς ἔσεσθαι ἐν "αὐτοῖς, πλάσματος τινος γενομένου, [a]τῇ κατ' ἐκεί- "νους ἀκμῆς πληθύι χρώμενον." καὶ ὁ μὲν ταῦτα διανοηθεὶς καὶ φράσας ἐν τῷ συλλόγῳ, πιθανὸς ἦν ἀφίστασθαί τε Μιθριδάτης. [b]ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν ἐπεύδειν ἡ γυνὴ, εἰ μὴ καταφρονήσεται βασιλέως τε γαμβρὸς ὤν, καὶ ταύτῃ [c]τιμωρήσεσθαι τοὺς ὑβρίσαντας εἰς αὐτὸν ὁρῶμενος, ἀγαπᾶν δὲ τὴν σωτηρίαν μετὰ ἀσφαλείας ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνδρῶν [d]γενομένης. "καὶ νῦν ἐπανάδραμε τὴν ἀρετὴν, ἢ ἡσσᾶν ἐπό- "μνυμι τοὺς βασιλέως, ἢ μὴν καταλυθήσεσθαί σου "τὸν πρὸς σὲ διὰ γάμου κοινωνίαν." ὁ δὲ αὖ, τοῦτο μὲν τὴν ὀνειδῶν τὴν καθημέραν ἀχθηδόνα μὴ φέρων, τοῦτο δὲ τῆς γυναικὸς τὴν μεγαλοφροσύνην δεδιὼς μὴ καταλύοιτο αὐτῷ τὴν γάμων, [e]ἄκων μὲν καὶ μὴ βουλόμενος σπεύδει χωρεῖν ἐφ' οἷς ἐβούλετο πλεῖστον, [f]καὶ ἐλαύνει, οὐκ ἀναγκαῖον ὑπολαμβάνων ἔτι καὶ αὐτὸς τὴν σωτηρίαν, εἰ Παρθυαῖος ὢν ὑπὸ Ἰουδαίων ἐβούλοιτο ἀντιπολεμεῖσθαι.

ζ'. [b]Ἀνιλαῖος δὲ, ὡς μαθάνει παρασκευάζονται δυνάμει πολλῇ ὁ Μιθριδάτης, ἄδοξον ἡγησάμενος τὸ μένειν ἐν τοῖς ἕλεσιν, ἀλλὰ μὴ φθάσας [g]παραπάζειν τοὺς πολεμίους, εὐτυχίᾳ τε τῇ πρόσθεν ἐλπίζων ἅμα καὶ ἐξειν τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν τόλμησιν καὶ εἰωθότι θαῤῥεῖν [h]ἀδιστυχήσειν, ἐξῆγε τὴν δυνάμιν. πολλοί τε πρὸς τῷ οἰκείῳ στρατῷ παρεσκευάσαντο αὐτῷ καθ' ἁρπαγὴν τῶν ἀλλοτρίων πραπησόμενοι, καὶ ἅμα πάλιν παρασπλήξοντες τοὺς πολεμίους. παρῆσαν δὲ ἀθρόοις εἰς σταδίους ἐνενήκοντα, [i]καὶ ἀφ' ἧς ἀνύδρου τῆς πορείας γενομένης, καὶ μεσημερίας [k]οὔσης, τότε μᾶλλόν τε τὸ δίψος, καὶ Μιθριδάτης ὀφθεὶς [l]προσέβαλλε πεπαλαιπωρημένοις ὑπερία τοῦ πιεῖν, καὶ δι' αὐτὸ καὶ τὴν ὅπλα μὴ δυναμένοις. προπίπτει οὖν ἡ τε τοῦ Ἀνιλαίου αὐχενὰ, ἀφ' οὗ ἀπειρηφλικότας ἀκριφέστι παρεφέρεσθαι, καὶ φόνος πολὺς, πολλοί τε μυριάδες ἔπεσον ἀνδρῶν. Ἀνιλαῖος δὲ καὶ ὅσον περὶ αὐτὸν ἦν σωματικὸς [m]ὅπλ τῆς ὕλης ἐπανεχώρησεν φυγῇ μεγάλῃ, νίκης τῆς ἐπ' αὐτοῖς χαρὰν Μιθριδάτῃ παρισχόντες. Ἀνιλαίῳ δὲ παρῆν πλῆθος [n]ἄπειρον ἀνδρῶν πονηρῶν ὀλίγῳ τὴν σωτηρίαν ποιησόμενον, ῥᾳστώνης χάριν τῆς εἰς τὸ παρὸν, ὥστε ἀνταίσασθαι τὴν τούτων παρουσίαν γενέσθαι πλήθους τὴν ἀπωλείαν. οὐ μὴν ὅμοιοί τε ἦσαν τοῖς πεπλακόσι καὶ τὸ ἀμελέτητον. ἦ μὴν ἀλλὰ ἦ [o]τούτοις ἐπιφορᾷ τῆς κώμης τῶν Βαβυλωνίων, ἀνάσασά τε ἐν πάντα ταῦτα ὑπὸ τοῦ Ἀνιλαίου ὕβρεως. καὶ Βαβυλώνιοι, καὶ οἱ ὅσοι ἐν τῷ πολέμῳ, πέμπουσι [p]εἰς τὰ Νεαρδὰ πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ Ἰουδαίους Ἀνιλαίου ἐξαιτήσομοι. [q]ἦ μὴν δεξα-

"quod conſanguinei ſint, tam, quod nullum, *Mithridatem dimittit Anilæus.*
"erit vobis refugium, ſi res male ceciderint,
"cum ille juvenum illorum pleroſque in ſuam
"poteſtatem redegerit." Et cum ille quidem iſta cogitaſſet & in concione loquutus eſſet, ſuis ea perſuadebat; atque ita dimiſſus eſt Mithridates. Ipſum vero inde egreſſum conviciis excipiebat uxor, quod noluerit, cum & regis gener eſſet, atque adeo ſpretus & contemptus, eos perſequi qui injurias ei fecerant & contumelias, ſed contentus incolumitatis ſorte vivere maluerit, etiam poſtquam à Judæis ductus fuerat captivus. "Et nunc, in-
"quit, aut forti animo regredare, *aut per
"deos patrios juro me nuptiarum tecum ſo-
"cietatem dirempturam eſſe." Ille vero iterum (partim quod ægre ferret quotidianum opprobrium, partim quod veritus eſſet mulieris animum elatum nè cum eo divortium faceret) copias, non ſponte quidem neque volens, quantas potuit maximas, coëgit, & contra hoſtem proficiſcitur, non ferendam putans ſalutem *ſibi conceſſam*, ſi, cum Parthus eſſet, repulſam tulerit à Judæis adverſus eum bellum gerentibus. *Mithridates ab uxore impulſus ad bellum redintegrandum.*

7. Anilæus autem, audito Mithridatem in eo eſſe ut magnam militum vim contra ipſum duceret, inglorium ratus intra paluſtria ſe continere & non occupare illis obviam ire, ſimulque ex priori felicitate ſperans ſe hoſtes ſimiliter ac antea male multaturos, & audaciam *ſuis* audere jam aſſuetis non defuturam, copias eduxit. quin & multi præter ſuum exercitum ei ſeſe adjunxerunt, quaſi res alienas prædatum ituri eſſent, primoque aſpectu terrorem hoſtibus rurſus injecturi. At cum progreſſi eſſent uſque ad ſtadia nonaginta, facto itinere per loca arida ipſoque meridie, tunc eos & ſitis urgebat & Mithridates conſpectus in eos impreſſionem faciebat, potus inopia laborantes, & ob hoc ipſum & ſolis ardorem arma ferre non valentes. Itaque Anilæus cum ſuis turpem in fugam vertitur, quod viribus defectis res eſſet cum integris, multaque facta eſt cædes, & plurima hominum millia ceciderunt. Anilæus autem & quotquot circa eum erant fuga effuſiſſima in ſylvam ſe receperunt, facientes ut Mithridates exſultaret gaudio ex victoria ab illis reportata. Cæterum ad Anilæum confluxit ingens multitudo perditorum hominum, ſuam ſalutem parvi pendentium dummodo rerum aſperitate in præſens leventur, adeo ut incrementum quod ex illis ceperit occiſorum numerum adæquaverit: haud tamen conferendi erant cum iis qui acie ceciderant, quod rudes eſſent & inexercitati. Veruntamen cum illis impreſſionem faciebat in Babyloniorum vicos; atque iſthic vi & violentia Anilæi magna facta eſt rerum omnium vaſtatio. Tum Babylonii, cum iis qui bellum ſuſceperant, miſerunt Nearda ad Judæos qui illic erant, Anilæum *ſibi tradi* poſtulantes. Et cum dictis iſtis

*Anilæus congreſſui cum Mithridate ſe parat.*

*Anilæani à Mithridate fuſi fugatique.*

*Anilæus in Babyloniorum vicos invadit.*

a In *Editis* τὰ κατ' ἐκ. verum τῇ vel τῇ legendum eſſe monuit Cl. *Lombius.* atque τῇ prætuli, quod τι (forſan pro τῇ) habeant *Vat.* & *Hen. à pr. m.* b Ἐλθόντα *Busb.* c Τιμωρῶν τιμωρήσεσθαι *Vat.* & *Hen. à pr. m.* d Γενομένην *Vat.* & *Hen. à pr. m.* e Ita *Baſ. Vat.* & *Hen.* ἄκων μὲν ὁ βουλόμενος in *Edit. Gen.* quâ lectione admiſſa vertendum, *velit nolit.* f Καὶ ἤλασεν ἡ Ανιλαίου *Busb.* g Ἰουδαίων ἀξιωθεὶς ἀντιπολεμεῖσθαι *Vat.* & *Hen. à pr. m.* h Ἐξιὼν ἡ μᾶλλον ἀπολ. *Busb.* i Καὶ non agnoſcit *Busb.* & commode abeſſe poteſt. k Illud οὔσης ſupplevi è *Cod. Busb.* l Προσέβαλε *Busb.* m Ὑπὸ τοῦ ὕλου *Busb.* n Ita *Gall.* ἄπειρον aut ἄπορον in *Editis Aliiſque.* Ἀνιλαίῳ ἡ αὐτῷ στῖφος πλῆθος δ' ἐπῆλθεν ἀνδρῶν πονηρῶν *Zonar.* o Antea erat τοιούτοις, quod in τούτοις mutari juſſit Cl. *Lombius.* p Ita ut ſupra p. 817. v. 19. Νεαρδὰ hîc loci in *libris.* q Forſan, ἦ μὲν δεξαμένους, & dein οἷς αἰχμὴν σχεῖν ἐβούλοντο. r Aut deos teſtor, quibus curæ eſt regum dignitas, *Gelen.*

*Anilæum ex improviſo adoriuntur Babylonii, ipſumque interficiunt.*

iſtis nollent auſcultare, (neque enim ſi id maxime vellent hominem dedere potuerunt) ad pacem ineundam eos invitabant: atque illi ſe etiam deſiderare dicebant ut de pace convenirent, mittuntque una cum Babyloniis certos homines, qui cum Anilæo hac de re agerent. Tum Babylonii, poſtquam omnia perſpexiſſent, & qualis eſſet locus, in quo caſtra poſuerat Anilæus, exploratum habuiſſent, eos crapula ſomnoque gravatos adorti, impune quotquot nacti ſunt ipſumque Anilæum inter cæteros interficiunt.

*Judæi Babyloniâ Seleuciam migrant.*

8. Babylonii autem gravi Anilæi metu liberati, (illis enim obſtabat quo minus ſuum in Judæos odium effunderent, nam perpetuo fere inter eos diſſidia erant ex legum diverſitate orta, & cuicunque parti forte animi creverint prior alteram injuriis laceſſebat) & tunc itaque occiſis qui cum Anilæo erant, in Judæos impetum faciunt. Illi vero graviter ferentes Babyloniorum injurias, cum neque aliquid poſſent contra illos in acie neque ſimul cum illis vivere ſuſtinerent, migrabant Seleuciam, urbem illius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanoris filio conditam. eam autem habitant Macedonum multi, plurimique Græci: quin & Syri numero non pauci cum illis verſantur. In illam itaque ſe recipiunt Judæi, & per quinquennium nihil mali illis accidit. Sexto autem anno poſt priorem cladem, peſtis in eos graſſata eſt Babyloniæ, & ex urbe novæ factæ ſunt migrationes: &, quod in Seleuciam ſe contulerint, ſane major eos occupat calamitas, propter cauſam quam memorabo.

*Seditio inter Græcos Syroſque in Seleucia.*

9. Inter Græcos in Seleucia & Syros plerumq; gliſcebat ſeditio & diſcordia, ita tamen ut Græci ſuperiores fuerint. Tunc itaque cum Judæi qui eò venerant ſimul cum illis viverent, orta eſt ſeditio, & Syri vincebant, quod ab illis ſtarent Judæi, viri qui prompte pericula adeunt, ſeque aliis ad bellum gerendum libenter adjungunt. Atque Græci, ex ſeditione male habiti, cum cernerent ſe ex illa una re priorem auctoritatem recuperaturos eſſe, ſi poſſent Judæos Syroſque diſſociare, ſinguli cum Syris illis colloquuti ſunt, quibuſcum antea interceſſerat familiaritas, pacem & amicitiam *facturos eſſe* pollicentes. Illi vero libenter *iſtis* auſcultabant. Poſt verba igitur aliquot ultro citroque habita, primariis ex utraque parte viris de gratia ineunda agentibus, ſtatim reconciliatio facta eſt. Cumque conſenſiſſent, utrique non aliam certiorem amicitiæ teſſeram ſibi invicem daturos eſſe exiſtimabant, quam ut Judæos *communi* odio proſequerentur: eoſq; ex improviſo aggreſſi ſupra quinquaginta hominum millia occidunt. atque omnes perierunt,

*Facta inter eos reconciliatione, Judæos odio proſequuntur, magnamque eorum ſtragem edunt.*

μόνοις τῶτον τ λόγον, ὑδὲ γὸ βυλομένους ἔκδοτον αὐτ. χειν [a] δυνατὸν ἦν, τ εἰρήνιο [b] τρύχαλῶντο· οἱ δὲ καὶ τοὶ χρήζειν ἔλεγον τ ὅπὶ τ εἰρώνης συμβάσεων, ὑ πέμπουσι μ τ Βαβυλωνίων ἄνδρας, [c] οἳ διελέγοντο περὶ τ Ανιλαῖον. ⓐ δὲ Βαβυλώνιοι [d] κατοπίας αὐτοῖς γενομένης, μαθόντες τὸ χωρίον ὅ ἦ ἱδρυμένος Ανιλαῖος ἦν, ὑπιπεσόντες κρύφα νυκτὸς μεθύσοι, καὶ καθ' ὕπνον πεπτωκόσι, κτείνουσιν ἀδεῶς πάντας ὅσους ἐγκατέλαβον, καὶ Ανιλαῖον αὐτὸν ἀπέκτειναν.

ι'. Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἀπαλλαγέντες τ Ανιλαίου βαρύτητος· ὑπεύθυμοι γὸ ἦν αὐτοῖς μίσει πρὸ περὶς Ιουδαίους, [e] ἀεὶ γὰρ ἐς ὅτι πολὺ διάφοροι κατεστήκεσαν αἰτίᾳ τ ἐναντιώσεως τ νόμων, καὶ ὁπότερος ἐκ. γένοιτο θαῤῥεῖν θατέροις ἀλλήλων ἤπιος· καὶ τότε ὃν ἀπολωλότων τ περὶ τ Ανιλαῖον, ἐπεπήδων τοῖς Ιουδαίοις. οἱ δὲ ὀ δεινῶ πλήθυνοι τιὼ ὕβριν τ ὀπ τ Βαβυλωνίων, ὑ μήτε ἀντιπαράξαι μάχῃ δυνάμενοι μήτε ἀνεκτὸν ἡγούμενοι τιὼ συμφοράν, ᾤχοντο εἰς Σελεύκειαν τ ὀκείνη πόλιν ἀξιολογωτάτιν, Σελεύκῳ κτίσαντι ὑπὸ αὐτιὼ τῶ Νικάνορος. οἰκοῦσι δὲ αὐτιὼ πολλοὶ τ Μακεδόνων, πλεῖστοι δὲ Ελλῆνες, ἔστι δὲ καὶ Σύρων οὐκ ὀλίγοι τὸ ἐμπολιτευόμενον. εἰς μὲν δὴ τοῦτιν καταφεύγουσιν οἱ Ιουδαῖοι, καὶ ὅτι πέντε ἔτη ἀπαθεῖς κακῶν ἦσαν. πρὸ δὲ ἕκτ ἔτει μ τὸ [f] προῤῥηθὲν, φθορὰ ὁ Βαβυλῶνι ἐγένετο αὐτοῖς, [g] ὑ καιραὶ μεθοικήσεις ὀκ τ πόλεως· ὑ δὲ αὐτιὼ ἄφιξιν εἰς τιὼ Σελεύκειαν, ὑπδέχεται [h] δὲ μείζων αὐτὸς συμφορὰ δι' αἰτίαν ἣν ἀφηγήσομαι.

ιβ'. Σελευκέων τοῖς Ελλησι περὶς τὺς Σύρους ἐς ὅτι πολὺ ὁ ζῆλος καὶ διχονοία ὅτιν ὁ βίος, καὶ κρατοῦσι οἱ Ελλῆνες. τότε οὖν συνοικιζόντων αὐτοῖς Ιουδαίων γενομένων ἐζηλοῦσον, καὶ ⓐ Σύροι καθυπέρτεροι ἦσαν ἀρχαιολογίᾳ τῇ Ιουδαίων περὶς αὐτὺς, φιλονεικίαν τε ἀνδρῶν, καὶ πολεμικῇ περιθύμως ὑπεστεγμένων. καὶ οἱ Ελλῆνες περιωθούμενοι τῇ ζήλῳ, καὶ μίαν ὁρῶντες αὐτοῖς ἀφορμὴν ὑ ἀνασώσασθαι τὸ πρότερον ἀξίωμα, εἰ διανοηθεῖεν πᾶσαι [i] ζωτὸν λέγοντας Ιουδαίους καὶ Σύρους, διελέγοντο ἕκαστ περὶς τῶν Σύρων τὺς αὐτοῖς συνήθεις περὶ τ γενομένους, ἐφιλοῦντό τε καὶ φιλίαν ὑπερχόμενοι. ⓐ δὲ ἐπείθοντο ἄσμενοι. ἐγένοντο οὖν ἀφ' ἑκατέρων λόγοι, καὶ τοῦ πρότερον πρὸ ἑτέρων ἀνδρῶν περιαστῆναι ὅτι διαλλαγὰς τάχιστα ἡ σύμβασις [k] ἐγένετο. ὁμοσάντες τε, μέγα τεκμήριον ἐκάτεροι [l] ὁρᾶν παρ' ἀλλήλους ποιεῖσθαι τὸ περὶς Ιουδαίους ἔχθος· ὑπεσύροντες [m] τε αἰφνίδιον αὐτοῖς, κτείνουσι μυριάδας ὑπὲρ πέντε ἀνδρῶν. ἀπώλοντό τε πάντες, πλὴν

a Δυνάμενος ἦν Bud. δυνηθῆναι Vat. & Hen. à pr. m. b Προσπαλῶντο Vat. & Hen. à pr. m. c Ὡς ἐς ἀμφιλέξαντο Gall. & Κατοπτεύσας Bud. e Ante in Editis erat, ἡ Ανιλαῖου αὐτὸν ἐκπτώσεως· οἱ Βαβυλώνιοι ἦ ἀπαλλαγέντες τ Ανιλαίου βαρύτητος, ἐπιτιμῶντες δὲ ἦ αὐτῶν μίσει πρὸ περὶς Ιουδαίους, ἀεὶ γὸ ὡς ἐπὶ πολὺ διάφοροι κατεστήκεσαν αἰτίᾳ τ ἐναντιώσεως τ νόμων, ἡ ὁπότερος ἐκγένοιτο θαῤῥεῖν θατέροις ἐπίστευον ἀλλήλοις ἤπιον. ἡ τότε ὃν δὴ ἀπολωλότων τ περὶ Ανιλαῖον, ἐπεπήδων τοῖς Ιουδαίοις οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ ὃ ἐπειδὴ τ. In eo diſcrepant Codd. MSS. quod ἐπέκτεινον deſit Gall. & Ανιλαῖον αὐτὸν κατέλαβον οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ δὲ ἀπαλλαγέντες habeat Bud. ἀπέκτειναν οἱ Βαβυλώνιοι. οἱ ὃ ἔπεμπ. Hen. & Vat. in quibus mox οἱ μὲ ἡ τότε ὃν δὴ. denique οἱ Βαβυλώνιοι omittit Bud. cujus auctoritate & ipſe idem feci, totumque locum aliter quam prius diſtinctum dedi. Quo modo legerit Epiphanius, conjiciat cui libet ex ſequentibus, prout ille vertit, *ipſumque Anilæum obtruncant. Atque hoc modo Babylonii injuriis Anilæi & gravedine liberati ſunt. Impreſſio namque illis magno conſtabat odio, quod circa eos detinebatur. Nam prius ſemper inimicitias exercebant. Cauſa vero hujus iræ fuit ſæpe totum posterna quam ille oppugnabat: & properare ſibi ſemper invicem æmulabantur: unde ſi eorum quiſquam opportunitatem invenerat, ab injuriis non parcebat. Tunc itaque hoc modo perennis Anilæo, capare Babylonii Judæis inſtare &c.* f Sc. κακῶν. g Ita lego. antea erat ἡ καιραὶ πτίσεις ὀκ τ. π. Forſan malit aliquis, ἡ περιπέτειαι, aut καιραὶ πτίσεις ὀκ τ π. & mox δι' αὐτὸν ἄφιξιν. h Illud δὴ aberat Hen. à pr. m. δὲ Bud. i Ὁμοῦντας Bud. quod forſan interpretamentum Ζωτὸν λέγοντας. k Ἐκτέλεσε Bud. l Εὐοίας ἀπάλλας ἐξεῖν παρεχεῖν Bud. & Epiphanius vertit, *atque hoc modo invicem exhortantur ut cum Judæis bellum geram.* m Illud τε è Cod. Bud.

a Ita

πλεὶ εἰ πνες ἐλέῳ φίλων ἢ γειτόνων ἐπιχωρηθεὶν αὐτοῖς ἔφυγον. [b] τὰτοις δὲ ἰδὼ εἰς Κτησιφῶντα ἀποχώρησις, πόλιν Ἑλληνίδα, καὶ τῇ Σελευκείᾳ πλησίον κειμένην, ἔνθα χειμάζει τε ὁ βασιλεὺς κατ' πᾶν ἔτος, [c] ἡ πλείστη τ ἀποσκευῆς αὐτῷ τῆδε ἀποκειμένη τυγχάνῃ. [d] ἀσυήθεια δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς τ ἔθνεσιν πεποιημένοις, τιμῆς τ βασιλέως Σελευκέων μὴ παρορπικότων. ἐφοβεῖτο δὲ ἡ πᾶν ὅ τῆδε Ἰουδαίων γένος τούς τε Βαβυλωνίους καὶ τὺς Σελευκεῖς. ἐπειδὴ ἡ ὁπόσοι ἦν Σύροι ἐμπολιτεῦον τοῖς τόποις ἑαυτὸν ἔλεγον τοῖς Σελευκέοις ὡὶ πολέμῳ ἐπ τοὺς Ἰουδαίους. ἡ συνελέγησ ἐς τὸ πολὺ εἴς τε τὰ [e] Νειρδὰ καὶ τὰ Νίσιβιν, ὀχυρότητι τ πόλεων κτήμθοι τ ἀσφάλειαν, καὶ ἄλλως πληθὺς ἅπασα μαχίμων ἀνδρῶν κατοικεῖται. καὶ τὰ μ χρ Ἰουδαίους τὺς ὁ Βαβυλωνίᾳ τοιαῦτα ἦν.

Τέλος τ βιβλίου ἐκκαιδεκάτου.

præter eos qui amicorum aut vicinorum misericordia evaserunt. Illi autem Ctesiphonta migrarunt, urbem Græcam & Seleuciæ in vicinia sitam, ubi rex quotannis hyemem agit, & impedimentorum ejus pars magna reposita erat. Verum certam fidem stabilemque sedem non invenerunt, Seleucensibus de honore regis minime solicitis. Etenim Judæi omnes in eò loco terrore Babyloniorum & Seleucensium perculsi erant, quippe quod Syri universi in ea regione consspirarint cum Seleucensibus ad bellum Judæis inferendum. unde factum est ut plerique Nearda ac Nisibin se receperint, in firmitate & munitionibus urbium *istarum* securitatem *suam* reponentes: accedente quod viri bellicosi universi illic habitarint. Atque ea quidem quæ ad Judæos in Babylonia spectabant, hujusmodi erant.

*Finis Libri decimi octavi.*

a Est qui ἐπιχωρηθέντα malit. † ἔλαθον pro ἐπιχωρηθὲν habet *Bud.* b Sic *Bud.* τότους τε in *cæteris.* c Καὶ ἡ πλείστη *Bud.* d Ita rescribendum censui, cum antea esset, ἀσύνητα ἦν αὐτοῖς τὸν ἔθνεσιν πεποιημένοις, τιμῆς † βασιλέως Σελευκέων μὴ παρορπικότων. *Epiphanius* vertit, *nulla tamen jam eis vivendi spes suras deridebat: nam etiam ibi omnis gens Judæorum terrore premebatur.* e Ita ut supra p. 827. v. 19. Νεάρδα aut Νεζδὰν in *libris.*

---

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ, ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΗ,

# ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ

## ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

# JOSEPHI LIBRO DECIMONONO

## HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ

## HÆC CONTINENTUR.

α'. [b] Ὡς Γάϊος Καῖσαρ, ὑπὸ Χαιρέα, ἀνῃρέθη.

1. *Quomodo Cajus Cæsar, insidiis appetitus à Cassio Chærea, interfectus est.*

β'. Ὡς Κλαύδιος ὁ θεὸς αὐτὸς, βιασθεὶς ὑπὸ τ στρατιωτῶν, τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν.

2. *Quomodo Claudius avunculus ejus, coactus à militibus, imperium susscepit.*

γ'. Στάσις τ βουλῆς καὶ δήμου πρὸς αὐτὸν καὶ τὸ σὺν αὐτῷ στρατεύματι.

3. *Seditio coorta inter senatum populumque & Claudium militesq; qui cum eo erant.*

δ'. Πρεσβεία τ βασιλέως Ἀγρίππα πρὸς τὴν βουλὴν, [c] καὶ ὡς συνῆλθόμοι οἱ στρατιῶται οἱ μετὰ τῆς βουλῆς ἀπεχώρησαν πρὸς Κλαύδιον, καὶ κύριον αὐτὸν κατέστησαν τῶν πραγμάτων· ἡ δὲ βουλὴ μονωθεῖσα παρεκάλει Κλαύδιον αὐτῇ διαλλαγῆναι.

4. *Legatio regis Agrippæ ad senatum, usque milites qui cum senatu erant uno consensu discesserunt ad Claudium, summamque rerum ei detulerunt: quo facto senatus derelictus Claudium obsecrabat ut cum illis in gratiam rediret.*

ε'. Ὡς Κλαύδιος Καῖσαρ ἀποδίδωσιν Ἀγρίππα τὴν πατρῴαν αὐτὸ βασιλείαν ἅπασαν, πρόσθεις αὐτῷ ἔτι τὴν Λυσανίᾳ τετραρχίαν.

5. *Quomodo Claudius Cæsar reddidit Agrippæ omne regnum paternum; insuper adjecta etiam Lysaniæ tetrarchia.*

ς'. Προγέγραπται [d] Κλαυδίου Καίσαρος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὲρ τ ἐκεῖ Ἰουδαίων καὶ ἐν πάσῃ αὐτῷ ἀρχῇ.

6. *Programma Claudii Cæsaris ad Alexandrinos de Judæis qui illic erant & in universo ejus imperio.*

ζ'. Ἀπόπλους Ἀγρίππα τ βασιλέως εἰς Ἰουδαίαν.

7. *Navigatio regis Agrippæ in Judæam.*

η'. Ἡ ἐπιστολὴ Πουπλίου Πετρωνίου τ Συρίας ἡγεμόνος πρὸς Δωριέας ὑπὲρ Ἰουδαίων.

8. *Literæ Publii Petronii præsidis Syriæ ad Doritas pro Judæis.*

θ'. Ὡς βασιλεύσας Ἀγρίππας, τὸ Ἱεροσολύμων τεῖχος πολυτελῶς καθεσκεύαζεν, ἀτελῆ τὸν ἀγῶνα ἔσχε μεταξὺ πλουτήσας.

9. *Quomodo Agrippa rex Hierosolymorum mœnia magnifice instaurans, morte præventus opus cui studuerat imperfectum reliquit.*

ι'. Ὅσα ἐπράξε τρισὶν ἔτεσιν, ἄχρι τῆς πλούτης αὐτῷ· καὶ ὃν τρόπον τὸν βίον κατέστρεψεν.

10. *Quæ gesserit per tres annos usque ad obitum, & quo modo vitam finierit.*

a Ita *MSS.* οὐ τῷ ἐπιτιμωμένῳ λόγῳ in *Edit.* b Titulos paulo aliter ac in *Edit.* constituimus, nonnullos separando qui antea conjuncti erant; idque auctoritate *Codd. MSS.* c Quæ sequuntur usque ad titulum proximum habuimus è *Codd. MSS.* d Ita *MSS.* τοῦ Καίσαρος in *Edit.*

# Φ Λ. Ι Ω Σ Η Π Ο Υ
# ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
## ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἔτη γ'. ἡμερῶν ς'.

# FLAVII JOSEPHI
# ANTIQUITATUM JUDAICARUM
## LIBER DECIMUSNONUS.

*Continet hic liber tempus annorum* III. *menſium* VI.

## CAP. I.

*Quomodo Cajus à Chærea cæſus eſt.*

*Caji tyrannis & ſævitia.*

CAJUS autem non in Judæos ſolos qui Hieroſolymis erant, quique in vicinis regionibus degebant, violentiæ ejus inſaniam effundebat, ſed eam per terras omnes & maria graſſaturam immittebat, quam late Romanum patet imperium, atque infinitis malis illud replevit, quot quantaque non antea memoriæ prodita ſunt. At maxime factorum ejus immanitatem experta eſt Roma, cum nihilo magis eam in honore haberet, quam cæteras civitates: tum alios ejus cives agens ferenſque, tum maxime ſenatores, eoſque præcipue qui patricii erant & gloria majorum oculos omnium in ſe convertebant. Quin & innumera excogitabat contra eos qui equites vocabantur, & in civitate, quod dignitate & opibus florerent, pari erant in exiſtimatione cum ſenatoribus, utpote ex quorum ordine in ſenatum habebatur delectus; quos ignominia afficiebat & de gradu dejiciebat, & tam vita quam pecunia ſpoliabat, quippe quod plerumque evenerit cædes illorum fieri ut divitias auferret. Porro divinam majeſtatem ſibi aſſerebat, ipſique honores plus quam humanos tribui à ſubditis poſtulabat; Jovis etiam templum frequentans, quod Capitolium vocatur, adeoq; fanorum omnium apud illos celeberrimum eſt, Jovem fratrem *ſuum* appellare auſus eſt. Alia quoque agebat ſimiliter ac ſi plane inſanus fuiſſet, quando à Puteolis Campaniæ urbe ad Miſenum uſque,& ipſum Campaniæ oppidum maritimum, gravatus triremi trajicere, & alioqui ad ſe maris do-

*Jovis fratrem ſe appellat.*

## ΚΕΦ. α'.

Ως Γάϊος ὑπὸ Χαιρέα ἀνῃρέθη.

ΓΑΙΟΣ δὲ οὐκ εἰς μόνους Ιουδαίους τοὺς ὑπὲρ Ιεροσολύμους, καὶ τοὺς ὁπόσοι τῆδε οἰκοῦσιν, ἐπεδείκνυτο τῆς ὕβρεως τὴν μανίαν, ἀλλὰ λῃστὴς πάσης [b] ἐσομένην γῆς καὶ θαλάσσης ἔπεμπεν αὐτῷ, ὁπόση Ρωμαίοις ὑπήκοος, μυρίων τε ἀνέπλησεν αὐτὴν κακῶν, ὁπόσα μὴ ἱστορῆσαι πρότερον. μάλιστα δὲ ἠδάνεσε δεινῶς τὴν προγονομένην ἡ Ρώμη, κατ' οὐδὲν αὐτὴν τιμωτέραν τῶν λοιπῶν πόλεων ἡγουμένου, ἀλλὰ τούς τε ἄλλους ἄγοντα καὶ φέροντα, καὶ μάλιστα τὴν σύγκλητον, καὶ ὁπόσοι τούτων εὐπατρίδαι, καὶ προγόνων ἐπιφανείαις τιμώμενοι. μυρία τε εὐρίσκων, καὶ κατὰ τῶν ἱππέων μὲν κεκλημένων, ἀξιώματι δὲ καὶ δυνάμει χρημάτων ὁμοία τοῖς συγκλητικοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως ἀγομένων, ἀφ' ὧν τοὺς ἐκ τούτων εἰς τὴν βουλὴν [c] καταλήσεις, ὧν ἀτιμώσεις ἦν καὶ μεταναστάσεις, κτεινομένων τε καὶ τὰ χρήματα συλωμένων, ἀφ' ὧν καὶ τὰς σφαγὰς ὡς τὸ πολὺ ἐπ' ἀφαιρέσει τῶν χρημάτων αὐτοῖς συντυγχάνειν. ἐξεθείαζε δὲ ἑαυτὸν, καὶ τὰς τιμὰς ὑπὲρ ἀνθρωπίνως ἠξίου γίνεσθαι παρὰ τῶν ὑπηκόων αὐτῷ, εἰς τε τὸν Διὸς φοιτῶν τὸ ἱερὸν, ὃ [c] Καπιτώλιον μὲν καλοῦσι, τιμιώτατον δ' ἀρ' αὐτοῖς [d] ὄζιν ἱερῶν, ἀδελφὸν ἐτόλμησε προσαγορεύειν τὸν Δία. καὶ τἆλλα ἔπραττε μανίας οὐδὲν ἀπολελειμμένος, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ Δικαιαρχίας τῆς πόλεως ὁ Καμπανίᾳ κειμένης εἰς [e] Μισηνοὺς, ἑτέραν πόλιν ὀπιθαλάσσιον, [f] ἐν ἡ Δρύσασιν ἤδιον ἡγούμενος τριήρει περαιοῦν, ἢ ἄλλως ὀπισθάλλειν ἡγούμενος

a Sic *Baſ. Vat. Gall.* 1. 4. & *Epiphanii Cdd.* aliquot. ἐτῶν γ'. μηνῶν ς'. ἡμερῶν ιθ'. *Voſſ.* & *Gall.* 2. 3. 5. & in nonnullis *Epiphanii* libris, *annorum* III. *dierum* VIII. *menſium* VI. aut *dierum* VII. *menſium* VI. b Vocem ἐσομένην non agnoſcit *Busb.* Forſan pro ea reponi debet οἰκουμένης, vel βασιλευούσης. c Ita *Busb. Καπιτώλιον* in *reliquis*. d Ἐξ τῶν ἱερῶν *Busb.* e Ita reſcripſi pront in aliis auctoribus probatiſſimis, *Miſenum* in *Joſephi* libris. De hoc trajectu videſis *Cluverium* in *Italia Antiq.* p. 1120. f Καὶ deeſt *Busb.*

g Inter-

μενος

μιος αὐτῷ διαυότῃ ὅτι τ' ἁλιάσεως ζωυτά ἐ ὁπόσα χεὶ ὡδὲ γῆς ἀπαιτεῖν, ἀπ' ἄκρου ἐπ' ἄκρα [a]σταδίους τετράκοντα μέτρον τ' ἁλιάσεως [b]ζεύξας, ἐ εἴσω τ' κόλπον ἁπολαβὼν πᾶσαν, ἅλαδε ὀχεῖ τῇ γεφύρᾳ ὃ ἅρμα. Θεῷ γὰ ὅτι τοιαύτας πομπὰς χελῶς ἴχεσι τὰς ὁδούς. τῶν τε ἱερῶν τ' Ελληνικῶν οὐδὲν ἔτ ἀσύλητον [c]καταλίπτει· ὁπόσα γραφὰς ἢ γλυφὰς ἐχόμενα, ἐ τὰς λοιπὰς κατασκευὰς ἀναιρήσων ἐ ἀναπέμψων ἄγεσθαι κελεύσας [d]π' αὐτόν. "ἐ "γὰ οἰκεῖον τὰ καλὰ κεῖσθαι χελῶς ἴχειν, ἢ οὗ ἂν κελ- "λίστῳ, τυγχάνει δὲ τοῦτο ὂν τ' Ρωμαίων πόλιν." ἐκόσμει τε τοὺς οἰκείους ἀγρούτους τιμώ τε [e]οἰκίαις ἐ τοῖς κήποις, ὁπόσους τε αὐτῷ κατασκευὰς [f]ἀφ' γῆς τ' Ιταλῶν. ἐπεὶ ἐ τ' [g]Ολυμπάσι τιμώμενον Δία ὑπὸ τ' Ελλήνων, ἐ θέσιν ἀνομασμένον Ολύμπιον, Φειδίου ὃ Αθηναίου πεποιηκότος, ἐτόλμησε κελεῦσαι εἰς τ' Ρώμην μεταφέρειν. ἐ μὴν ἐταράχθη γε, τ' ἀρχιτεκτόνων φαμένων τοῖς Μέμμιον Ρήγλου, ὃς ἐπιτάκτο τῇ κίνησ ὃ Διός, ἁπαλεῖν τὸν ὄγκον κινήσεως αὐτῷ γεγενημένης. λέγε δὲ τ' Μέμμιον ἀφ' ζωύτα, ἐ σημεῖόν μοί ὄντα γεγενημένον ἢ ὡς ἄν τινα πιστὰ ἠγεῖσθαι, ὑποβαλέα τ' αἱρέσεως. καὶ γράφει τάδε τοῖς τ' Γάϊον ἐπ' ἀπολογίᾳ ὃ ὀκλιπεῖν ἀδιαχόητον τ' ὀπτελίαν. ἀπολέσθαι τε σὰ τύτων αὐτῷ κινδύνῳ γενομένῳ, σύζε [h]φθάσαντος ἤδη Γαΐου τελευτῆσαι.

β'. Εἰς τοῦτο δὲ τρόπου ὁ μανικὸν αὐτῷ, ὥστε δὲ ἐ ἡγεμὼν αὐτῷ γενομένης, ἀναχαμόσας ὅτι ὁ Καπιτώλιον ὅτι τοῖς γόνασι καθιδρυθὲν ἐ ἀγάλματος, καινὸν αὐτῷ τε καὶ τῷ Διὶ γενησόμενον· τὸ τέκνον [i]φάσκων, ἐ δύο χρεστοπεῖν αὐτῆς πατέρας, ὁπότερον μείζονα φάμενον [k]σὺ μέσῳ καταλιμπάνει. ἐ τάδε ἐπέχαλε πρᾶσσοντα αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι. [l]ἐπέτρεψε δὲ ἐ τοῖς οἰκέταις κατηγορεῖας ποιεῖσθαι τ' διαυοτῶν ἐφ' οἷς ποτ ἐθελήσειν ἐγκλήμασι. δεινὰ γὰ πάντα ἦν ὁπόσα [m]μέλλοι γενέσθαι, ἀφ' ὧν χαίρειν τε ἐ ὑπαγορεύοντι τῇ ὀκείᾳ τὰ πολλὰ γίνεσθαι, ὥστε ἤδη ἐ Κλαυδίῳ ἐτόλμα ποιῆσαι Πολυβίαιος ὁ ἅλλος κατηγορίαν, καὶ Γάϊος ἐπέχαλε κτ' πατρῴᾳ ὃ αὐτῷ δίκης φανάτῳ λεγομένης ἐπ' ἀκροάσει συνελθεῖν, ἐλπίδι ὃ καθελεῖν δύναμιν ἀνελεῖν αὐτόν. ἐ μὴ ἐξεγένετό γε αὐτῷ. [n]ἀναπεπλησμότος δὲ αὐτῷ συκοφαντιῶν ἐ κακῶν πᾶσαι τὰ οἰκουμένη ἧς ἐπῆρχε, καὶ πολλοὶ τ' δολερατείαν [o]ἐπῃρμένου τοῖς διαύοταις, [p]βεβουλαὶ καὶ πολλὰ ἤδη συνίσαντο, τ' μὲν ἐπ' ἀμυνῇ ἂν πάθαιεν [q]ἀρχὴ παυσμένων, τ' δὲ πρὶν ἐμπεσόντες κακῶν τυχεῖν μεγάλων πημένων ὃ μεταχειρίσασθαι τ' ἄνθρωπον. [r]ὅθεν δὴ τοῖς τε ἁπάντων νόμοις καὶ τῷ ἀσφαλεῖ μεγάλῳ συμπεσεῖν εὐδαιμονίας ῥοπὴ ὁ θάνατος αὐτῷ, ἔθνη τε ὃ ἡμετέρᾳ ἐδὴ εἰς ὀλίγον ἐξεγηγόνει

minum pertinere exiſtimans, ut ab eo eadem quæ à terra obſequia exigeret, ab uno promontorio ad alterum per triginta in mari ſtadia ponte juncto, intuſque ſinus omnis ſpatio comprehenſo, curru per pontem vectus eſt. ſibi enim utpote Deo convenire ejuſmodi itinera facere. Templorum quoque Græcorum nullum inſpoliatum relinquebat, quæcunque picturæ aliquid aut ſculpturæ haberent, reliquoſque ſtatuarum & donariorum apparatus ad ſe deportari jubens. "haud enim "decere, *ajebat*, ut quæ pulchra ſint alio in loco reponantur quam pulcherrimo, hunc au- "tem eſſe urbem Romam." Inſuper rebus ad ſe illinc advectis domum ſuam exornabat & hortos, ut & alia ſua per Italiam diverſoria. quippe qui & Jovem à Græcis in urbe Olympiæ cultum, atque adeo Olympium cognominatum, Phidiæ Athenienſis opus, Romam transferri jubere auſus eſſet. quod tamen non ſucceſſit, architectis Memmio Regulo dicentibus, cui id negotii datum fuerat, infractum iri ſimulachrum ſi loco ſuo moveretur. Ajunt etiam Memmium propter iſta, editis etiam prodigiis ſupra quam cuique credibile eſt, ab eo tollendo deſiiſſe; quæ & ipſe ſcripſit ad Cajum, ut ſemet excuſaret quod mandatis ejus non fuerat obſequutus. cumque ille propterea ſummum vitæ diſcrimen adiret, evaſit, Cajo utpote morte præpropere prærepto.

*Cajus Puteolos & Miſenum pontes jungit.*

*Græcorum templa ſpoliat.*

*Jovem Olympium Romam transferri jubet.*

2. Eo autem inſaniæ proceſſit; ut, cum filia ei nata eſſet, eam in Capitolium delatam in ſimulachri genua deponeret, communem ſibi cum Jove prolem eſſe dicens, duoſque ſe ei patres conſtituere, adjecto ſe in medio relinquere uter horum major ſit. Atque illum, hæc licet perpetrantem, tolerabant homines. Quin & ſervis permiſit dominos *ſuos* accuſare, & quæcunque vellent eis exprobrare crimina. Gravia autem erant omnia illis objicienda, quod pleraque eorum in ejus gratiam ejuſque hortatu illis crimini vertebantur: adeo ut in Claudium accuſationem inſtituere auſus fuerit Pollux ejus mancipium, & Cajus, cum capitis cauſa contra patruum diceretur, ad eam audiendam venire ſuſtinuerit, *ſperans ſibi datam iri poteſtatem ipſum tollendi. Propoſito tamen ſuo excidit. Cum autem totum ſuæ ditionis orbem calumniis malitiaque repleviſſet, ſervoſque in dominos magna poteſtate armaſſet, tum ſæpius in eum tendebantur inſidiæ: aliis quidem ei ſuccenſentibus ut acceptas injurias ulciſcerentur; aliis vero hominem interficere conſtituentibus, priuſquam ipſi in magnas calamitates inciderent. Proinde, ad leges omnium populorum conſervandas & ſecuritatem, feliciter admodum cecidit illius mors, gentique noſtræ præcipue, cui parum aberat quin

*Jovi ſe æquat.*

*Servis dominos ſuos accuſare permittit.*

*Cajo ob hæc & alia flagitia ſtruuntur inſidiæ.*

a Intervallum erat *trium millium & ſexcentorum fere paſſuum* juxta *Suetonium*, in *Caligula*, c. 19. b Illud ζεύξας è *Cod. Bunb.* c Κατέλυσεν *Bunb.* d Παρ' αὐτῷ *Bunb.* e Ita *Bunb.* οἰκείων in *reliquis.* f Διὰ τ' Ἱταλῶν γῆς *Bunb.* g Ita ſcribo, prout apud *Clementem Alexandrinum Alioſque.* cum antea eſſet Ολύμπιον. Si quis malit, leviori adhuc cum mutatione, Ολυμπίαν, per me licet. Ολύμπιον legiſſe videtur *Epiphan.* omiſſis, quæ ſequuntur, ἐ ὕστερον ἀνομασμένον Ολύμπιον. h Ita *Bunb.* φθάνοντος in *reliquis.* i Illud φάσκων è *Cod. Bunb.* k Sic *Bunb.* in μέσῳ ζ in *Editis Alliſque.* quod ſane poſtularet ut paulo ante legeretur ἐχ' ἐνέπρησεν. l Ἐπιτρέψας *Bunb. Vat.* & *Hen. 2 pr. m.* quomodo & *Epiphan.* qui vertit, *molius eſt & ſervos ad accuſationem dominorum excitare* &c. m Μέλλοι λέγειν ζ αὐτῷ in *quibuſdam libris.* n In *Editione Baſileenſi* ſic diſtinguitur, ἀναπεπλησμότος, τοῖς διαύοταις ὠν. p Βεβούλαι *Bunb.* q Ὀργῇ ποιεμένων *Vat.* & *Hen. 2 pr. m.* quod forſan rectius. r Ὅθεν ἐπεὶ δὴ τοῖς τε *Vat.* & *Hen.* quod ferri poteſt, ſi commate diſtinguatur poſt πεμεχανημένων p. *ſeq.* v. 2. & ζ poſt βούλεμαι deleatur. Paulo aliter legiſſe videtur *Epiphanius*, qui vertit, *Proinde quoniam corruptis legibus, & hominibus in afflictione conſtitutis, non parvum beatitudinis momentum mors illius hominis apportavit* &c. * *Sperans etiam ipſum, quo faciliorem potentiam adverſus cæteros adipiſceretur, exſtinguere*, vertit *Epiphan.* ac ſi plura verba in ſuo codice habuiſſet.

quin funditus perierit, nisi mors illum celeriter occupasset. Volo itaque singula de illius interitu narrando percensere, præsertim quod & multum fidei afferat Dei potentiæ, & solatii illis qui in adversis sunt, & admonitionis iis qui perpetuam fore felicitatem putant, non autem in calamitatem tandem desinere, nisi illi comes adjungatur virtus.

*Conspirationis in Cajum facta.*

3. Tribus quidem viis ad necem ei machinandam itum est, idque trium virorum fortium ductu & auspiciis. Æmilius Regulus, ex Corbuba Iberiæ oriundus, nonnullos secum conjunctos habebat, volens aut eorum opera aut sua manu Cajum tollere. Altera conjuratorum cohors conflata erat, duce Cassio Chærea *prætorianorum* tribuno. Annius etiam Minucianus non parvæ præerat manui contra tyrannidem paratæ. Causa autem illis erat odii, quo impulsi in Cajum conspirarunt; Regulo quidem, quod suapte natura iracundus fuerit, oderitque omnia injuste perpetrata. nam fortis erat & animosus, ingenioque liberali, ita ut sua consilia non dissimularet. ea itaque cum multis communicavit, tum amicis, tum aliis, qui sibi visi sunt ad res agendas acres strenuique. At Minucianus partim quidem Lepidum ulciscendi desiderio, quem illi amicissimum & civem cum primis egregium Cajus occiderat, præsertim vero de se metuens, quod moris esset Cajo ira in omnes similiter ad mortem usque debacchari, ad rem aggrediendam se accingebat. Chæreas autem, quod eum valde puderet conviciorum in ipsum tanquam mollem & effeminatum à Cajo jactorum, quodque alioqui periculum adiret ex sua erga Cajum amicitia & observantia, necem ejus fore facinus homine ingenuo non indignum existimabat. Illis autem visum est consilium de re exsequenda cum omnibus communicare, qui injurias spectarent, easque inter se invicem flagrantes effugere desiderarent, Cajo sublato. Fortasse quidem fore ut res ex sententia succedat, pulchrum vero, si successerit, tot viros bonos *secum consentientes* habere, qui pro salute urbis & imperii expetunt etiam cum vitæ discrimine ad rem aggredi. At Cassium super omnia *ad facinus* stimulabat tum melioris famæ cupiditas, tum quod illi in proclivi foret Cajum interficere, cum ei utpote tribuno *prætoriano* liberior ad ipsum pateret aditus.

*Ab Æmilio Regulo.*

*A Cassio Chærea.*

*Ab Annio Minuciano.*

*Ludis Circensibus in populum sævit Cajus.*

4. Interea autem ludi agebantur Circenses: cui spectaculo mirifice dediti sunt Romani. Quin & magno studio in Circum concurrunt; factoque ingenti agmine, moris est illis quicquid desiderant ab imperatoribus flagitare. atque illi ejusmodi petitionibus, quod eis contradicere haud æquum censeant, nunquam non concedunt. Tunc itaque summa contentione Cajo supplicabant, ut aliquid de tributis re-

μὴ ὑπ' ἀπολωλέναι, μὴ παχείας αὐτῷ τελευτῆς ἀγγελομένης. βύλομαι δὲ δι' ἀκριβείας τὰ πάντα τοῖς αὐτῷ λόγον διελθεῖν, ἄλλως τε ἐπειδὴ καὶ πολλὴν ἔχει πίστιν τοῦ Θεοῦ ἡ δύναμις, καὶ ὠφελίαν τοῖς ἐν τύχαις κειμένοις, καὶ σωφρονισμὸν τοῖς οἰομένοις ἀίδιον εἶναι εὐτυχίαν, [a] ἀλλὰ μὴ δεῖν μᾶλλον φέρειν κακὸν ἀρετῆς αὐτῇ μὴ παραγενομένης.

γ'. Ὁδοὺς μὲν τρεῖς ὁ θάνατος αὐτοῦ παρεσκευάζετο, καὶ τούτων ἐκάστης ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν εἶχον. Αἰμίλιός τε [b] Ῥήγλος, ὁν Κορδύβης τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ γένος, συνεῖχέ τινας, ἢ δι' ἐχθραν ἢ δι' αὐτοῦ τοῦ θυμοῦ ὑπ' ἄρασθαι Γάϊον. ἑτέρα δὲ αὐτοῖς συνεκρατεῖτο, ἧς Χαιρέας Κάσσιος χιλίαρχος ἡγεμὼν ἦν. Μινυκιανὸς δὲ Ἄννιος οὐκ ὀλίγη μοίρα τοῦ δήμου παρεσκευασμένων ἦν. αἰτία δὲ αὐτοῖς μίσους τοῦ πρὸς Γάϊον συνελθεῖν, Ῥηγίλῳ μὲν τὸ ὀργίλον καὶ μίσει χρώμενον πρὸς τοὺς μετὰ ἀδικίας ἐξαγόμενα. καὶ γὰρ ἦν τι θυμοειδὲς ἐν τῇ ἀφροσύνῃ καὶ ἐλευθέριον, ὑφ' ᾧ μηδὲν [c] σκέλλειν τοῦ βουλεύματος. πολλοῖς γοῦν ἀπεκαπύστατο, καὶ φίλοις, καὶ ἄλλοις δοκοῦσιν ἀπὸ δραστηρίοις. [d] Μινυκιανὸν δὲ τὰ μὲν Λεπίδου τε ἐκδικία, φίλου γὰρ ἀπὸ τὰ μάλιστα ὄντα τοῦτον καὶ τοῦ πολίτου σαφῶς ὀλίγοις ἀναιρεῖ Γάϊος, καὶ ἄλλως φοβηθέντα μὴ αὐτῷ ἀφ' ὧν πᾶσιν ὁμοίως ὁ Γάϊον ὅτι θάνατον ἀναπεμπόλῳ ἐπαφίεσαν τῷ ὀργῷ, ὅτι τῷ ἐγχείρησιν ἐλθεῖν. [e] Χαιρέαν δὲ αἰσχύνη φέρεσθαι ὅτι, τὰ εἰς τὸν ἀνανδρίαν ἔσχε τοῦ Γαΐου προφερόμενα, καὶ ἄλλως τὸ ἀφ' ἡμέρας κινδυνεύειν φιλίας καὶ θεραπείας, τῷ Γαΐου τελευτῷ οὐκ ἀπολαβὸν ἔσεσθαι ἐπολαμβάνειν. ⓐ δὲ καὶ πᾶσι κοινῇ προπηδᾶν τῷ ὅτι τῷ πράγματι σκέψα, τῷ τε θεῖον θαρσύνειν, καὶ ὑπομιμνῆσαι αὐτῷ ἐπ' ἀλλήλοις ἀκμάζουσαν ἀφορμὴν ἀφεμένοις ⓑ Γάϊον. ἴσως μὲν γὰρ ἂν κατορθῶσαι, κἀλὸν δὲ κατορθῶσι πλείστων ἀγαθῶν ἔχειν, ⓐ ὅτι συστηρία τῆς τε πόλεως καὶ τῆς ἡγεμονίας ποθῆσι καὶ μετὰ ὀλέθρου ἄπιεσθαι τῷ πράγματος. [f] πρὸς πάντα δὲ Χαιρέαν ἐπείγεσθαι, ὑπομάτος τε ὑπόθυμία μείζων, καὶ ἄλλως [g] προσήκειν τῷ Γαΐῳ ἀφ' τῷ χιλιαρχίαν ῥᾳστώνης αὐτοῦ κτείνειν ἐσομένης.

δ'. Ἐν τούτῳ δὲ ἱπποδρομίαι ἦσαν, καὶ σφοδρὰ ἐζέστα γὰρ Ῥωμαίοις ἥδε ἡ θηρεία δαπάνη. συνίασι δὲ προθύμως εἰς ⓑ ἱππόδρομον, καὶ ἐφ' οἷς χρῆζειν δόξαντα τοῦ αὐθεκάστορα κατὰ πλῆθος συνελθόντες. ⓐ δὲ, ἀναπλέκτους τὰς δήσεις κείναντες, σφόδρα ἀχαριστοῦσιν. ἐκέλευον δὲ καὶ ⓑ Γάϊον, [h] ἐλθόμῳ τῇ ἱκετείᾳ χρώμενοι, τῶν τελῶν ἐπανίεναι, καὶ

a Ἀλλὰ μὴ ἐπιφέρων κρατῆς *Vat.* & *Hen. à pr. m.* b Ita cum *Dione Millisque.* Ῥῆγλος aut Ῥήγλος in *Josephi* libris. c Ita lego. σκέλλειν in *libris.* d Ita reſcripſi pro *Minuciade*, & φοβηθεὶς τὰ αὐτοῦ τινῶν. e Ita lego ex conjectura. antea erat, Χαιρέαν δὲ αἰσχύνην φέρεσθαι ἐπειδὴ τὰ ἐ. τ. ἀ. ἐ. τ. Γ. προφερόμενα, ἢ ἄ. τὸ ἀφ' ἡμ. κ. φ. κ. δ. τ. Γ. τ. ἐ πανταλῶς ἔσεσθαι ἐπολαμβάνειν. οἱ δὲ κ. π. κ. σπουδῶν [ σπουδῶν *Bunk.*] τὸν ἐ. τ. σὺ. τὰ πρὸ τε ὕ. δ. κ. ἐπ. ἀπαλὸν ἐπ' ἀλλ. ἐκ δ. ἀ. τ. Γάϊον. ἴσως μ. γ. κινδυνεύειν, κἀλὸν δὲ κατ. τ. ἀ. χείνιστ σ. τῶν τ. π. τῇ τ' ὑγιεινίας ποθῆσι, τῇ μ. ἀλ. ἀ. τ. ἀγ. in *Epiphanii* verſione, *Chereas vero confuſionem ſuam & Caji opprobria non ferebat, quibus eum arguebat, quod quaſi nihil in ſe fortitudinis haberet, inſuper etiam periculum ſibi per ſingulos dies imminere cernebat. Mortem quoque Caji omnes honeſtum opus & liberum excipere reputabant: cæteri vero cupiebant ſuper hoc habere commune conſilium; videntes tantas injurias, & exemplum pravum dari principatum cupientibus. Omnes ergo, ut tantis cladibus liberarentur, deſiderabant adverſus Cajum aliquid geri: decere tamen ad talia negotia bonos viros accedere, pro ſalute pietatis & imperii macula auferenda, etiam cum ſuo diſcrimine.* f Hic παρὰ inſertum dedi auctoritate *Cod. Hen.* & verſionis *Epiphanii.* g Προσῆκεν *Vat.* & *Hen. à pr. m.* h Ἐλθόμῳ ἱκετείᾳ χρώμενοι *Bunk.*

a Illa

καὶ [a]τῶν φόρων ὑπουφίζειν τι τοῦ ἐπαχθοῦς. ὁ δὲ οὐκ ἠνείχετο, καὶ πλέον τι τῇ βαρᾳ χρωμένων, ἄλλους ἄλλῃ διαπέμψας, κελεύει τοὺς βοῶντας λαβεῖν τε, καὶ μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀνελεῖν παραγαγόντας. καὶ ὁ μὲν ὑπέλυε ταῦτα, καὶ οἷς παρῄνητο ἔπραττον· πλεῖστοί τε ἦσαν ἃ ὑπὸ τοιούτοις ἀποθανόντες. [b]καὶ ὁ δῆμος ἑώρα μὲν, ἠνείχετο δὲ παυσάμενος τῆς βοῆς, ὡς ὀλίγῳ τινὶ ἕνεκα τῶν χρημάτων ὀφθαλμοῖς ἁρῶντες ὑπὸ τοιούτοις παραγίνεσθαι [c]θανάτου αὐτοὺς φέρουσαι. ταῦτα Χαιρέαν [d]σύηγε μειζόνως ἅπτεσθαί τε τῆς ὑποβουλῆς, καὶ παύεσθαι κατὰ τῶν ἀνθρώπων ὠμηνιακότα τὸν Γάϊον. καὶ πολλάκις μὲν, καὶ πρὸ τῆς ἐπιούσης ἐμέλησεν ὑπαχθεῖν, οὐ μὴν ἀλλ' ἐπέσχετο λογισμῷ, τὸ μὲν κτεῖναι οὐκέτι διαφεύγοντι κακίας, τὸ δὲ καιρὸν ὑποσκοπῶν, ὅπως μὴ εἰς κενὸν, ἀλλ' ὑπὲρ καταστρέψει τῶν βεβουλευμένων τοῖς χερσὶ χρῷτο.

ε'. Ἐσπούδαστο δὲ πολὺ ἤδη χρόνου, οὐχ ἡδονῇ φέρων Γάϊος τὸν συναγορφόν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν [e]ἐπὶ τοῖς Γάϊος [f]ἐπαναξόμενον τούς τε φόρους, καὶ ἄλλα ὅσα καταβαλλόμενα εἰς τὸ Καίσαρος θησαυρὸν ἐφυστερήκει τοῖς χρεῶν, [g]ἀφ' οὗ καὶ ὁ [h]διπλασιάσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ χρόνον ἔδει ποιεῖσθαι τῇ [i]ἐπαναξάσῃ, πρόπω [k]ὃ αὐτῷ χρώμενος μᾶλλον ἢ τῇ Γαΐᾳ προσάξει, ἀφ' οὗ τὸ φανδοῦ χρῆσθαι τοὺς τύχας οἷόν τον λαμβάνων τὸ [l]ἐπὶ τοῖς ἐπαναξιν, εἰς ὀργὴν παρεκαλεῖτο τὸν Γάϊον, μαλακίαν ὑπολαμβάνων αὐτοῦ τὴν ἀθρόαν συνάγειαν τῶν χρημάτων. ἠνείχετο δὲ ταῦτα ἄλλα [m]ὑβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ ὁπότε ὃ σημεῖον [n]παρέχειν αὐτῷ τὸ ἡμέρας κατάκοπος εἰς αὐτὸν, θηλεά τε ἐδίδου τινὰ μάτια, καὶ ταῦτα αἰσχύνης ἀναπλεα. καὶ ταῦτα ἔπραττεν αὐτὸς οὐκ [o]ἀπηλλαγμένος ἐν τισιν τελεταῖς μυστικαῖς, ἃς αὐτὸς [p]συνίστα. τολμᾷ δὲ ἐνδυόμενος γυναικεῖός τε καὶ τινων ἀφιδίους πλοκαμίδων ὑπὸ, ἀλλά τε ὁπόσα ὑπὸ καταψῶσαι θηλύτητα τοῦ ἤθους ἔμελλεν, αὐτὸς τῷ ὅτι τοιούτοις αἰσχύνην ἐτόλμα Χαιρέᾳ προσκαλεῖν. [q]Χαιρέας δὲ, καὶ ὁπότε μὴ προλαμβάνοι τὸ σημεῖον, ὀργῇ παρίστατο, μειζόνως δὲ ὁπότε προδιδοίη, γελώμενος ὑπὸ τοῦ προλαμβανόντων, ὥστε καὶ οἱ συγχιλίαρχοι, παιδιὰν ἐποιοῦντο αὐτόν. ὁπότε γὰρ αὐτὸς μέλλοι τὸ σημεῖον παρ' αὐτοῦ ὁ Καίσαρος κομίζειν, προλέγον τινὰ τῶν εἰωθότων φέρειν εἰς παιδιάν. διὰ ταῦτα δὲ αὐτῷ καὶ χάρους παρίστατο κοινωνοὺς πάνυ προλαμβάνειν, ὡς οὐκ ἐπ' ἀλόγοις ὀργῇ χρώμενον. [q]καὶ δὴ γὰρ [r]Πομπήδιος, συγκλητικὸς μὲν, πάνυ

mitteret, & quod grave erat & oneroſum in vectigalibus levius faceret. Ille vero haud *æquo animo poſtulata* ferebat, cumque majori uterentur vociferatione, aliis *ſatellitum* aliò miſſis clamatores comprehendi jubet, & abſque omni mora & cunctatione ad ſupplicium duci. Et ille quidem iſta imperabat, juſſa vero exſequebantur quibus id negotii datum erat; * plurimique hujuſmodi de cauſa interempti ſunt. Et iſta quidem populus videbat, atque ita tolerabat ut ſtatim à clamoribus ceſſarent, cum ſibi ante oculos verſaretur, ut morte multarentur, qui ejuſmodi pecuniæ exactionem à ſeſe deprecabantur. Hæc magis etiam Chæream incitabant ut ad inſidiandum Cajo aggrederetur, faciendumq; ut ab immani in homines ſævitia deſiſteret. Et ſæpe quidem cogitavit de ipſo etiam dum epulis accumberet adoriendo, quibuſdam tamen rationibus *ab iſto incæpto* inhibebatur, non quod de illo occidendo quidquam dubitarit, verum ut occaſionem adeo commodam arriperet, ut non vano conatu ſed ad perficienda quæ decreverant *vi & manibus* uteretur.

*Chærea multis de cauſis in Cajum incitatus.*

5. Jam multum temporis in militia *prætoriana* exegerat, ægre ferens quod *tamdiu* cum Cajo verſaretur. Poſtquam autem cum vectigalibus exigendis præfeciſſet Cajus, aliiſque quæ tempori non ſoluta fiſco Cæſaris debebantur, in iſtis, quod & duplo majora facta eſſent, exigendis dum moratur, ſuæ magis naturæ *bonitatique* obſequens quam Caji mandatis, quodque afflictæ fortunæ poſtularent ut moderatio adhiberetur, vicem illorum, à quibus exigenda erant tributa, miſeratus, concivit in ſe iram Cæſaris, mollitiem ipſi exprobrantis quod tardiuſcule colligeret pecuniam. Contumelias igitur illi & alias ingerebat, & quoties ei daret teſſeram pro eo die quo ille munus obiret, femineum aliquod idque valde probroſum dabat vocabulum. Atque hæc faciebat, non alienus à probro in certis myſteriis celebrandis à ſe inſtitutis. nam cum veſtitum muliebrem ſibi induiſſet & cincinnos quoſdam capiti imponendos excogitaſſet, aliaque quæ vultum femineum ementirentur, ipſe non veritus eſt hujuſmodi probra Chæreæ objicere. At Chæreas, cum teſſeram quidem ab eo acciperet, ita commoveabatur, magiſque adhuc cum eam *aliis* traderet, derîſui habitus ab iis qui eam acceperunt erant; adeo ut cæteris tribunis ludibrium fieret. nam quoties illius eſſet teſſeram ab ipſo Cæſare afferre, prædicebant fore ut tale aliquod ludicrum, quale antea, afferret. Proptereaque ei fiducia accreſcebat ſibi ſocios adſciſcendi, ut qui non temere ad iram fuerit concitatus. Atque in his erat Pompedius, vir ordinis Senatorii, omnibus

*Tardus in tribuis colligendis.*

*Quam ob rem mollitiem ei exprobrat Cajus; & ſignum petenti Priapum aut Venerem dat.*

*Conjurationis ſocios ſibimet quæritis Chærea.*

a Illa τῶν φόρων non agnoſcunt *Vat. Busb.* & *Hen. à pr. m.* quibus conſentit *Epiphanii* verſio. b καὶ ὁ δῆμος ἑώρα μὲν, ἠνείχετο, παυσάμενος τῆς βοῆς, τὸν ὅτι τὰ τῶν χρημάτων ὁρῶντες παρ. *Busb.* c Ita cum *Cod. Busb.* εἰς θάνατον αὐτοὺς φέρουσα in *Editis Aliiſque.* Forſan, εἰς θάνατον αὐτοὺς φέρουσαι. d Ἀνέσασε *Busb.* e Ἐπὶ *Vat.* & *Hen. à pr. m.* ἐπὶ *Busb* ἐπαναξαι *Voſſ.* f Ἐπαναξάμενον *Busb.* ἐπαναξόμενος *Vat.* & *Hen. à pr. m.* g Ita lego cum Cl. *Lowthio*, & mox ἀφ' οὗ δὲ τὸ φ. inſertis καὶ & δὲ quæ aberant *Editis & MSS.* h Ἐπιδιπλασιάσασθαι *Busb.* i Ita *Busb.* ἐπαναξάσῃ in *cæteris.* k Τῷ αὐτῷ *Busb.* & *Voſſ.* l Sic *Busb.* & *Epiphan.* ὑπὸ τοῖς in *cæteris.* m Illud παρεῖχεν ἐ *Cod. Busb.* n Scilicet, αἰσχύνης. o Ita lego & diſtinguo cum *Epiphanio.* prius erat, συνίστατο, τολμᾷ δὲ ἐνδυόμενος &c. p Malim ſane, Χαιρέᾳ δ'. & mox ὀργῇ παρίστατο. q Hæc δ' pro καὶ δὴ γὰρ habet *Busb.* r Ita vel Πομπηΐδιος ſcribendum eſſe monet *Voſſius* ad *Paterculum*, l. 2. c. 15. * Plurimis itaque hac cauſa morientibus, populus ſpectans clamare ceſſavit. Tunc omnibus ferè facultates in contemptu fuerant, videntibus alios pro ſuis operibus ad mortem pervenire, *Epiphan.* † Aliiſque quæ Cæſaris erant inferenda theſauris, per illud omne tempus à rato negotio privabatur. in quo tamen majorem ſibi virtutem implendi operis aggregabat, quod more ſuo magis rebus intebatur, quam Caji obediebat imperio: parcebat enim humilibus atque depreſſis. Unde ad iracundiam provoc. *Epiphan.*

*Pompedius à Timidio accusatur.*

bus fere *reip.* honoribus perfunctus. Erat autem alias Epicureus, adeoque à negotiis abhorrens ac otii & quietis amans. Hunc accusabat Timidius ejus inimicus, quod convicia in Cajum petulantius jactarit; & testem adhibebat Quintiliam, feminam ex iis quæ in scenam prodibant propter formæ venustatem quamplurimos amatores habentem, interq; eos Pompedium. Cum autem illa dedignaretur sui amantem falso, id quod erat, testimonio gravare in causa capitis, Timidius urgebat tormentis eam subjici. Tum Cajus, animo exasperatus, Chæream jubet sine mora & cunctatione torquere Quintiliam: ideo potissimum ei solitus cædes & quæstiones injungere, quod putaret hæc exsecuturum inclementius, quo mollitiei notam effugeret. Quintilia porro, cum torquenda duceretur, consciorum cujusdam pedem inter eundum premebat, innuens ut fiduciam sumeret, neve ad tormenta ipsius expaveseceret. se enim forti animo & invicto ea perlaturam. De illa quæstionem habuit Chæreas acerrimam, non sponte sua sed necessitate coactus: cumque illa ne tormentis quidem victa cederet, duxit eam in Caji conspectum, ita corpore deformatam, ut nemo eam sine doloris sensu aspicere potuerit. Qua visa, uti erat, cruciatuum acerbitate vexata, Cajus, animo nonnihil commotus, & ipsam & Pompedium crimine absolvit: insuper & Quintiliam pecunia donavit, *in læsi corporis solatium & *calamitatis levamen*, quod dolorem intolerabilem fortiter & animose pertulisset.

*Quintiliam torqueri jubet Cajus.*

*Cum nihil contra Pompedium faceretur, absolvitur à Cajo una cum Pompedio.*

*Chærea de Caji sævitia queritur coram Clemente & Papinio.*

"autem tyranni interfectoribus honores quam
"ampliſſimos habere *fas eſt*, præſertim vero
"Chæreæ Caſſio. Nam ille erat unus ſecundum
"deos qui conſilio manuque nobis libertatem
"peperit: cujus haud decet *vos* obliviſci, ſed
"& ei, ut qui ſub tyrannide ante omnes pro
"libertate veſtra conſilium ceperit, primuſq; in
"diſcrimen ſemet conjecerit, recuperata liber-
"tate honores decernere, idque primum ve-
"ſtro conceſſu juſſuque factum oſtendere.
"Opus enim pulcherrimum eſt, & quod vi-
"ros liberos *inprimis* decet, benefactoribus
"gratiam reponere: qualis & ille erga nos
"univerſos exſtitit, Caſſio & Bruto qui Cajum
"Julium peremerunt plane diſſimilis; quoniam
"iſti quidem ſemina diſcordiarum bellique ci-
"vilis in urbe ſeminarunt, ille vero cæſo ty-
"ranno malis etiam omnibus inde ortis civita-
"tem liberavit.

3. Sentius hujuſmodi orationem habuit, ei-
que magna cum voluptate auſcultarunt & ſe-
natus & equitum quotquot aderant. Tum qui-
dam Trebellius Maximus exſiliens annulum
Sentio detrahit, in quo lapillus incluſus erat
inſculptam habens Caji imaginem, quem ille,
præ ſtudio dicendi, ut credebatur, faciendique
quæ in animum induxerat, ſibi auferre oblitus
eſt. Et ſculptura quidem è veſtigio fracta eſt.
Cæterum cum in multam noctem res productæ
eſſent, tum Chærea etiam à conſulibus ſignum
petiit: atq; illi libertatem dederunt. Iſta autem,
poſtquam facta eſſent, & præſentibus admira-
tioni erant, & vix fidem invenerunt. nam, anno
poſt centeſimo, quam illis primo ablata fuerit
imperii poteſtas, ad conſules rediit ſignum dare:
quippe illi, priuſquam regio dominatu tenere-
tur civitas, in milites poteſtatem habebant. At
Chærea, ubi ſignum acceperat, militibus tra-
didit qui à ſenatu ſtabant. erant autem numero
ad quatuor cohortes, qui maluerunt eſſe ſine
imperatore quam ſub tyrannide. Atque illi qui-
dem cum ſuis tribunis abierunt: pauloque
poſt etiam populus lætus admodum diſcede-
bat, cum ſpei plenus tum multum elatus, quod
ſummam poteſtatem ſibimet acquiſiviſſet, nec
amplius imperatori ſubeſſet. atque Chærea
cum illis magna erat in gratia.

*Annalus Sentio, oratione finita, detrahitur.*

*Tessera data à senatu, libertas.*

*Fracta magis: pho.*

4. Chærea autem indigne ferens Caji uxo-
rem ſuperare & filiam, totamque ejus fami-
liam non ad interneciónem deletam eſſe, (ut-
pote quod foret ut quiſquis ex illo reliquus
eſſet, is in perniciem civitatis legumque ſu-
peresſet)

*Chærea Lupum mittit, ut Caji uxorem filiamque interficeret.*

*a* Ἐπαίομεν *Voſſ.* & forſan *Epiphan.* qui vertit, *importabiles incurrentes ærumnas, & dein, etiam proximis malorum videbamur antevertere*; ac ſi legiſſet, πρῶτοι τὰ τοῖς πέλας ἄγαν ἐδακρύσαμεν. In *Editis Aliiſque*, ἐπόνου τε ἐπιόντα συμφορὰς ἀνηκόους, ἡμεῖς τε τοῖς πέλας ἐφείδομεν. Nam illa ἢ πίμπλην ex conjectura repoſui, & ἡμεῖς τε τοῖς πέλας in ἡμεῖς τε ἢ πέλας mutavi. *b* Ita *MSS.* ἀραβῶσιν in *Editis*. *c* Ἔρχου *Voſſ.* *d* Σπασθῆ ἢ λεγ. *Voſſ.* *e* Ita lego. γελοῖον in *libris*. *f* Κατεαγυῖαι *Voſſ.* κατεαγότος in *Editis Aliiſque*. *g* Ἤτει *Bunb.* *h* Ἐν θαύματι τε ἦν *Bunb.* *i* Ἔτει γὰρ ἑκατοστῷ μετ' ὀλίγον διακοσιοστὸν ἀφ' ἧς ἐβασιλεύοντο ὑπὸ τοὺς ὑπάτους σημεῖα ἡ ἔκδοσις in *Editis* & *MSS.* nullo plane ſenſu. Ἔτει γὰρ ἑκατοστῷ μετ' ὀλίγον διακοσιοστὸν ἀφ' ἧς ἐβασιλεύοντο ὑπὸ τοὺς ὑπ. &c. legendum eſſe monuit V. Cl. *Thomas Terry Gr. L. Profeſſor.* Quam ſane conjecturam acutiſſimam in *priioribus verbis* amplector, in *ſequentibus* vulgatam ſcripturam ſequor: ac deinde ὑπέστρεφεν inſertum dedi, auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *quia reverſa viderentur ad conſules hæc poteſtas*. *k* Ita *Bunb.* & *Epiphan.* βασιλεύτου in *cæteris*. *l* Ὁ δὲ Χαιρέας *Bunb.* *m* Ita cum *Cod. Bunb.* τὴν γυν. in *reliquis*.

pereſſet) ac præterea perficere feſtinans quod in animo agitaverat, ſuumque in Cajum odium lætitia complere, mittit Julium Lupum, unum è tribunis, qui Caji uxorem filiamque perimeret. Lupo autem, Clementis quippe cognato, id genus officium demandarunt, ut tyranni cædis, licet in re hujuſmodi, particeps factus virtutis laude decoraretur à civibus, haud ſecus ac ſi conſiliis eorum omnibus interfuiſſet qui facinus excogitaverant. Quibuſdam autem è conjuratis immanitatis eſſe videbatur in mulierem ſævitiam exercere, quando Cajus magis ex ingenio ſuo quam illius impulſu omnia commiſerit, quæ in cauſa fuerant ut & civitas malis ipſam vexantibus ſuccumberet, & civium quoſque fortiſſimos & nobiliſſimos amitteret: alii contra ejuſmodi quæcunque decreta erant ipſi vitio vertebant, & omnino etiam omnium, quæ à Cajo patrata erant, malorum ipſam inſimulabant, ut quæ philtrum ei dederit, ut animum ejus ſibi obnoxium redderet, & ad amandum eum induceret ſibique devinciret: adeo ut, illo ad inſaniam adacto, ipſam omnia machinatam eſſe in fortunas Romanorum, orbiſque totius in illorum ditionem redacti. Cumque in eam ſententiam itum eſſet, ut morte plecteretur (nihil enim ipſi profuerunt qui *hoc ipſum* diſſuadebant) mittebatur Lupus: nec ulla erat mora tarditate ſua, quo minus imperata faciendi tempus quam primum arriperet, ne ſua culpa fieret ut quidquam omitteretur quod ſalutis communis interfuerat. Cumque ingrederetur in palatium, Cæſoniam Caji conjugem offendit juxta mariti cadaver humi proſtratum, & deſtitutum rebus omnibus quas moris eſt exhiberi mortuis, cruore vulnerum ipſamq; fœdatam, & miſerandum in modum afflictam, filia propter ipſam procumbente: nec in ejuſmodi luctu & mœrore aliud quidpiam exaudiebatur quam Caji accuſatio, quod ipſi, quæ toties eum præmonuerat, fidem non habuerit. Quæ verba & eo tempore in utramque partem accipiebantur, & nunc ambiguam etiam præ ſe ferunt ſententiam ea audientibus, quippe qui faciunt ut utrinque, prout volunt, propendeant. Nam alii quidem iſta hoc ſibi velle perhibuerunt, ac ſi conſuluiſſet ei ut ad ſaniorem mentem rediret, & in cives *ſuos* ſævire deſineret, ne *male* interiret ab illis ſuo more acceptus: aliis vero perſuaſum eſt, ipſam, cum rumor de conjuratoribus percrebreſceret, Cajum hortatam eſſe, ut omnibus, etiamſi nihil inique egiſſent, nulla mora interpoſita & è veſtigio interfectis, ſeſe extra periculi metum poneret. idque tum exprobratum illi, quaſi ad agendum ſegniori, poſtquam ab ipſa præmonitus fuiſſet. Atque iſta quidem ſunt quæ à Cæſonia dicta erant, quæque de ea ſentiebant *homines*. Illa vero, quamprimum Lupum advenientem conſpicit, oſtendebat ei Caji cadaver, & cum lachrymis

*De Cæſonia uxore Caji diverſæ ſententiæ.*

*Cæſonia ſoritur mariti.*

νόμων, ἄλλως τε καὶ θέσθαι ἐπιτηδείως τελειώσασθαι τὴν αὐτῷ, καὶ πάνυ εὐφρόνην μῖσος ὃ πρὸς Γάϊον, Ἰούλιον ἀποπέμπει Λοῦπον, ἕνα τῶν χιλιάρχων, κτεῖνόντα τὸν γυναῖκα Γαΐου καὶ τὴν θυγατέρα. Κλήθωλος δὲ ὅτι συγγενὴς τῷ Λούπῳ τὸν ὅτι τοιόνδε ἐπιθέσθαι λειτουργίαν, ὅπως μεταχὼν καὶ ὅτι τούτοις τὴν τυραννικὴν ἀγαλλοῖτο ἀρετὴν πρὸς τὴν πολιτῶν, ὡς καὶ τῶν παντὸς ἐπιβουλεύμαλος δόξειν κοινωνῶν τοῦ πρᾶγματος σωθησόμενον. οἱόνις δὲ τὸν συνωμοτῶν καὶ ὠμὸν ἐδόκει τὸ ὅτι τὴν γυναικὶ θεμένῃ χρησόμενον, μᾶ ὁ Γάϊον φύσει τῇ αὐτῷ χρώμενον [b] τῇ συμβουλῇ τῇ ἐκείνης τὰ πάντα προέξειν, ἐξ ὧν τε πόλις ἀπηνοῦτο τοῖς κακοῖς, καὶ τὸν πολιτῶν ὅτι καὶ ἄνδρας ἐδόκει ἀπόλεσθαι. οἱ δὲ καὶ [c] τὸν μὲν ὅτι τούτοις ἀνεκάλουν αὐτῇ γνώμην, τὸ δὲ πᾶν καὶ τὸν Γάϊον παραγμένον κακῶν ἐκείνῃ τὴν αἰτίαν [d] ἐπέφερον, φάρμακον τῷ Γαΐῳ δοῦναι φίλτρον καὶ ἐρώτων ἐπαγωγὰς [e] αὐτῇ ψηφιζόμενοι, [f] ὡς εἰς μανίαν μεταχάιτος, καὶ πάντα αὐτῷ εἰ) τὴν πεπαυτημένην ὅτι ταῖς Ῥωμαίων τύχαις καὶ τὴν ὑποτελῆσθαι αὐτοῖς οἰκουμένης. ἐς πόρρω κυλισθὲν [g] ὅσον αὐτῷ τελευτᾶν, ἤδειν γὰρ οἱ ἐπιπαντοδαπὸς οἷόν τε ἀφελεῖν εἶναι, ἐστέλλετο ὁ Λοῦπος· ἐβραδυνέτο δὲ ἤδειν μελλήσειν τῇ κατ' αὐτὸν, ὅπως μὴ ἐκ εἰς χρεὼν διδασκοπαθῆ τοῖς ἀπεσταλκόσι, θέλων ἐπ' ἤδαμοῦς μεμπτὸς εἰ) τὴν ἐπ' ἀφελείᾳ δ' δίμου πονημένων. παρελθὼν δὲ ὅτι δ' βασιλείᾳ, καλαμβάνει τὴν [h] Καισωνίαν, χωὶ δὲ διὸ τῷ Γαΐῳ, ἐβδικατακειμένῳ τῷ σώματι δ' ἀνδρὸς χαμηπετεῖ, καὶ πάντων ὁ [i] ἀτυχία ἂν χαίζατο δὲ ὁ νόμος τῶν μετεσῶν, ἅμματί τε ἀναπεφυρμένῳ ἐκ τῶν τραυμάτων, καὶ πολλῷ τῷ καλαπωσίαν συμφερομένῳ, τῆς θυγατρὸς παρεῤῥιμμένης· ἠνύετό τε ὁ τοῖς τοιῶδε ὑδὲν ἕτερον, ἢ [k] καταμεμψις τῷ Γαΐῳ, ὡς [l] πιθανὸν ὁ χρὸς πολλάκις προηγορευκῶν αὐτῷ. ἐπ' ἀμφότερα [m] αὐτὸς ὁ λόγος καὶ τότε εἰχάζετο, καὶ νῦν ἐφ' ἑαυτοῖς πρόκειται τῇ ἀμοιρίᾳ τῶν ἀνεφαιτῶν, πρὸς ὅπ θελήσειαν ῥοπὰς τοῖς αὐτῷ προσθέμενον. οἱ μὲν [n] γὰρ ἀπεσημῆναι ἔφασαν τῷ λόγῳ, ὡς συμβουλευόμενος, ἀποστάντα μανιῶν καὶ τοῦ εἰς τοὺς πολίτας ὠμοῦ, μετρίως καὶ μετὰ ἀρετῆς ἐξηγεῖσθαι τῶν πραγμάτων, μὴ παρ' αὐτῶν ἀπολέσθαι πρόφασιν δ' αὐτῷ χρήσιμον οἱ δὲ, ὡς, λόγῳ τῷ περὶ τῶν συνωμοτῶν ἀπιφρονιτόντος, Γαΐῳ κελεῦσαι μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀλλ' ἐκ τῶν ὀξέως πάντας μεταχειρίσασθαι αὐτούς, καὶ ἐν μηδὲν ἀδικεῖν, τὸ ἀδεὲς κωλύων καταλιπεῖν. καὶ τοῦτο εἰ) τὸ ἐπονειδιζόμενον, ὡς πρηγορευκῶν ἀμεπράξαθαι μαλακῶς γεγονότα. καὶ τὰ μὲν λεχθέντα ὑπὸ τῆς Καισωνίας, καὶ ὁποῖα οἱ ἄνθρωποι περὶ αὐτῆς ἐφρόνουν τοιαῦτα ἦν. ἡ δὲ, ἐπεὶ θεάσατο τὸν προσιόντα τὸν Λοῦπον, τότε σῶμα τοῦ Γαΐου προὐκάλυπτεν, καὶ ἅσσον ἰέναι παρε-

a Προῆσαν vel προῆσαν in *libris*. b Hic μᾶλλον ſubaudiendum relinquitur, ut in locis aliquammultis *N. Fabricii*. c Τῶν τῷ & mox γνώμῶν in *Editis Aliiſque*. τὴν μὲν & infra γνώμῶν *Vat.* & *Hen. 2 pr. m.* unde reſcripſi τὸν μὲν i. τ. i. ἀ. γνώμῶν. d Ita *Bunb.* & *Vat.* ἐπέφερον in *ceteris*. e Αὐτῇ *Bunb.* f Ita lego è *Cod. Bunb.* ὡς deerat in *Editis Aliiſque*. g Ὅσον non agnoſcit *Bunb.* & commode ſatis abeſſe poteſt. h Ita ſcribo ex *Dione Caſſio*. in *Joſephi* libris Κεσωνίαν vel Κεσωνίνα. i Sc. ἀτυχίᾳ. k Ita *Bunb.* τῷ μέμψις in *Editis Aliiſque*. προμεμψις *Vat.* l Iteram cum *Bunb.* aſſentiente *Voſſ.* πιθανὸν in *Editis Aliiſque*. m Hæc ὁ λόγος ἀ λ. *Voſſ.* n Illud γὰρ è *Cod. Voſſ.*

παρεκάλει μεθ' ὀλοφυρμοῦ τὸ δακρύειν. [a] ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ μὲν συνεστηκότα εἶναι τὸν Λῦπον, τῷ προσιόντι δὲ ὡς ὅτι παράξει ὑπ' αὐτοῦ κεχαρισμένα, γνωρίσαντα [b] ἐφ' ὃ ἐληλύθη, τὴν τε σφαγὴν ἑτοίμως καὶ πάνυ προθύμως, πολυανθρώπου ὅπου εἰκὸς τὸν θάνατον σαφῶς ὀφθησόμενον, ζῆν γεγενότας, καὶ καλεύσας μὴ μέλλειν ὅτι τελεώσει τὸ δρᾶμα τὸ ἐπ' [c] αὐτῆς συνέθεσαν. καὶ ἦδη μὲν ὑπ' εὐψύχου τοῦτο τελευτᾶν οἷόν τε Λύπου, καὶ ἐπ' αὐτῇ δὲ θυγατρὸς. καὶ Λῦπος τοῦτο προσαγγέλλει ἤδη τοῖς περὶ Χαιρέαν.

ε'. Γάϊος μὲν δή, τέταρτον ἑαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων [d] λείποντα πενταέτη μησὶν, οὕτω τελευτᾷ. ἀνὴρ, καὶ πρότερον ἢ τὴν ἀρχὴν σωφλῆναι, σκαιός τε καὶ [e] κακοπραγίας εἰς τὸ ἄκρον ἀφυέστατος, ἡδονῇ τε ἡνωμένος καὶ φίλος ἀφροδισίων. καὶ τὰ μὲν φοβερὰ κατάπληκτος, καὶ ἀφ' οὗτο ἐφ' οἷς θαρσήσας φονικώτατος· [f] τὰ δὲ ἐξουσίας ἐφ' ἑνὶ μόνῳ [g] πιμπλάμενος τῷ ὑβρίζειν εἰς ὃν ἥκιστα ἐχρῆν ἀλόγῳ μεγαλοψυχίᾳ χρώμενος, καὶ ποιητὴς ὧν τοῦ κτείνειν καὶ ἀδικεῖν. καὶ τοῦ μὲν θεὸς καὶ νομίμου μείζων ἐπισυδαιὼς εἶναί τε καὶ δοκεῖν, ἠνάγκαζε δὲ ἐπαίρων τὸ πληθος. καὶ πάντα ὅσα αἰσχρὰ κεῖνος ὁ νόμος ἔθετιμᾷ [h] τιμώτερα ἐνόμισεν ἀρετῆς. καὶ φιλίας [i] μὲν ἀμνήμων, εἰ καὶ πλείστη τις καὶ ἀφ' μεγίστων γένοιτο, οἷς [k] ποτὲ ὀργισθεὶς ὅτιπλὴξεν κολάσεως καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις, πολέμιον δὲ ἡγούμενος πᾶν τὸ ἀρετῇ συνερχόμενον, ἀναπίπλεκεν ὅτι πᾶσιν οἷς κελεύσειε τιμὴ ὅτιθυμίαν λαμβάνειν ὅθεν καὶ ἀδελφῇ γνησίᾳ συνὼν, ἐξ ἣ καὶ μάλιστα ἀφ' φιλίας ἀφ' τοῖς πολίταις ἤρξατο σφοδρότερον τὸ μῖσος, ἀφ' τὸ πολλῶ χείρω μὴ ἰσορμίσειν, εἴς τε ἀπιστίαν καὶ ἔχθραν τιμὴ τοῦ θεοῦ καὶ προξένους ἀδικεῖν. ἔφην δὲ μέγα ἢ βασίλειον ἁδὲν ἀφ' πεπραγμένον [l] εἶπόν τις, ἢ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν συνόντων καὶ αὖθις ἀνθρώπων ἐσόμενον, πλεῖόν γε τῇ περὶ Ῥήγιον καὶ Σικελίαν [m] ὀπτιοποιητὸς ὑποδοχῇ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου σιτηγῶν πλοίων. τοῦτο δὲ ὁμολογουμένως μέγιστόν τε καὶ ὠφελιμώτατον τοῖς τε πλέουσι· καὶ μεῖον καὶ ὅτι τέλος γε ἀφίκετο, ἀλλ' ἡμίεργον ὑπὸ τοῦ ἀμβλυτέρου αὐτὸ ὅτιποιοῦντος κατελείφθη. αἴτιον δ' ἦν ἡ περὶ τὰ ἀχρεῖα σπουδὴ, καὶ ὃ δαπανῶντα εἰς ἡδονὰς, οὐ κατὰ μόνας ἔμελλον ὠφελεῖν ἀφ', ὑφαιρεῖν τιμὴ ὅτι τοῖς χρήσιμοσιν ἀναμολογημένους φιλοτιμίαν. ἄλλως δὲ ῥήτωρ τε ἄριστος, καὶ γλώσσῃ [n] τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Ῥωμαίων πατρίῳ σφόδρα ἰσχυρὸς· σωίεται ὃν τοῦ πραγχῆμα, καὶ τοῖς ὑφ' ἑτέρων σωτηθεῖσί τε καὶ ὃν πλείονος προσυγκειμένοις αἰτιατὸν ὃν τοῦ ἔξειν, φαιλοῦσι πιθανότερος ὁ μείζω προάγμα-

& lamentis orabat, ut propius accederet. Cumque eum vidiſſet mente attonitum, & quaſi ad aliquid agendum quod ſibi diſpliceret accedentem, facta ei cognitione qua de cauſa veniebat, prompte admodum jugulum nudabat, deſum hominumque fidem implorans, quemadmodum ii conſueverunt qui vitam in deſperatis planeque perditis habent, jubenſque ut perficere non moraretur quod in ipſam conſtituerant. Atque illa quidem forti & magno animo moritur hoc modo à Lupo occiſa, ac deinde filiola *ejus*. moxque Lupus, iſta ut nunciaret, ad Chæream properavit.

5. Cajus igitur, cum quatuor annos demptis quatuor menſibus Romanis imperaſſet, ita moritur. vir, etiam antequam imperium adeptus eſt, durus & vecors & ſumme maleficus; voluptatibus deditus, & fautor delatorum. iis quidem quæ terribilia erant obſtupeſcens, adeoq; in cædem paratiſſimus; poteſtatem vero habens in hoc ipſum, ut ſtolide ferox & elatus eos quos minime oportet injurioſe tractarit, & occidendo & contra leges agendo ſibimet quærens divitias. Et diis quidem & legibus ſuperior eſſe & haberi voluit, populi tamen aſſentationibus obnoxius. Quibuſcunque etiam lex, tanquam factu turpibus, notam inuſſit, ea omnia majoris æſtimavit quam virtutem. Et quidem amicorum immemor erat, ſummi licet fuerint & in maximis rebus ſpectati, quibus *forte* iraſceretur, pœnas vel ob leviſſima infligens, atque univerſos virtute præditos pro inimicis habebat; ac ad omnia quæ ſua juberet voluntas, indomita & effrenata ferebatur cupiditate: quo factum ut etiam cum ſorore germana ſtupri conſuetudinem haberet, unde & illi maxime apud cives vehementius conflari cœptum eſt odium, quod *ſimile quid*, longo tempore non conſpectum, & ægre fidem impetrarit, eoſque ad inimicitias cum flagitii auctore ſuſcipiendas excitarit. Opus autem ullum, *vere* magnum aut regium ab eo factum nemo memorare poteſt, quodve præſentis ſæculi & futuri hominibus in emolumentum cedat, præter receptacula ab ipſo cogitata circa Rhegium & Siciliam navibus frumentariis ex Ægypto venientibus. quod in confeſſo eſt apud omnes maximum eſſe opus & navigantibus utiliſſimum; haud tamen abſolutum, ſed imperfectum ab eo, dum ſegnius conſtruitur, relictum. in cauſa autem erat rerum inutilium ſtudium, & quod, dum pecuniam in voluptates ſibi ſoli profuturas inſumeret, in rebus ex confeſſo melioribus liberalis & munificus eſſe deſierit. At vero & orator erat optimus, utraque lingua tam Græca quam Latina valde exercitatus; & quicquid diceretur celeriter arripiebat, compoſitis ab aliis & non mediocriter accuratis ex tempore reſpondens, ita factus ut majori quam quiſ-

Cæji elogium.

a Ita lego ex conjectura. ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ συνεστῶτα εἶναι τὸν Λῦπον, ἢ μηδὲν ὑποπτεύσαντα ὃν ἐπὶ σφάξει τὸν αὐτοῦ κηρυκήϊον ἤν in *Editis* & *MSS.* ἐπεί τε διανοίᾳ τὸν αὐτοῦ συνεστῶτα εἶναι τὸν Λῦπον, ἢ μηδὲν ὑποπτεύσαντα ὃν ἐπὶ σφάξει κηρυκήϊον ἤν legit V. Cl. *T. Terry, Gr. L. Pr.* b Ἐφ' ὃν *Vat.* & *Hen. 2 pr. m.* forſan pro ἐφ' ὑ. c Ita *Bunb.* αὐτῆς in *Editis Aliiſque.* d Vide *Caſaub.* ad *Sueton.* in *Caligula*, c. 59. & *Pagi* Criticam ad *Ann. Baronii* p. 34. e Κακοτεχνίας *Bunb.* f Pro τὰ ſubſtitui δὲ, ut reſpondeat præcedenti μὲν. g Sic lego & diſtinguo cum *Cod. Bunb.* antea erat, πιμπλάμενος, τῷ ὑβρίζειν &c. h Ita ex conjectura. τιμώτερα ἐνόμισεν ἀρετῆς in *Editis* & *MSS.* τιμὴν ἐνόμισεν. ἀρετῆς ἢ φ. legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *ſua credidit eſſe ornamenta: virtutis & amicitiarum immemor, quando contra hæc cum illatione ſupplicii frequenter exorſus eſt.* Eſt qui malit, ὑπερτιμᾷ τιμῆς ἐνόμισεν ἀρετῆς. i Illud μὲν inſertum dedi, quod mox ſequatur δὲ. k In libris τότε, & mox ἐπιπλέξεν κολάσεως ἢ ἐλαχίστοις. l Ita *Bunb.* εἶπόν τις in *ceteris.* m Mallem ὑποποιητὸς ὑποδοχῇ. n Τῇ Ἑλλάδι *Bunb.* Videſis *Suetonium* in *Caligula*, c. 53.

quiſquam alius perſuadendi vi pollere videretur, tam ex ingenii felicitate, quam quod ad eam augendam multam exercitationem adhibuerit. nam neceſſe erat illi doctrinæ plurimum attendere, utpote filio nepotis ex fratre Tiberii, cui in imperium ſucceſſit, quod & ipſe, ad ſummam in ea gloria aſpirans, excellebat, pariterque ac ille eloquentiæ ſtudebat Cajus, viri neceſſitudine ſecum conjuncti & imperatoris voluntati morem gerens. Primaſque inter ſuæ ætatis Romanos agebat: nec tamen bona ex doctrina collecta quidquam ei proficiebant valebantque contra perniciem, quam ex licentia ſibimet accerſivit. adeo difficile eſt iis ſeſe moderari & regere, quibus ex poteſtate rationi reddendæ non obligata facile & expeditum eſt quidlibet agere. A principio, quod amicos ſibi adjunxerit ex optimis honeſtiſſimiſque, & eruditione & gloria præſtantiores fuerit æmulatus, magno ſtudio *à ſuis* colebatur: poſtea vero depoſita benevolentia quam erga ipſum habebant, quod inſolentius in eos debaccharetur, odioque ſuccreſcente, inſidiis ab illis interfectus eſt.

τι παρ' ὃν τινα οὖν γινόμθ@, εὐκολίᾳ τε εἰς αὐτὸ τῆς φύσεως καὶ τοῦ εἰς ἰσχὺν αὐτῇ [a]περιλαβεῖν μελέτῃ τοῦ ὀπτοπιῶν. ἀδελφῷ γὰρ παιδὸς υἱῷ γεγονότι Τιβερίῳ, ᾧ καὶ ἀφόδυχ@ γίνεται, μέγα ἀνάγκασμα παιδείας ἀντίχεσθαι, ἀφ' ὧ καὶ [b]αὐτὸς εἰς τὰ μέγιστα ὀρεγόμενος ἐν αὐτῇ κατορθῶν ἀφετάτοις, καὶ συνεφελοκάλει Γαΐ@, συγγενῆς τε ἀνδρὸς καὶ ἡγεμόν@ εἶκειν ὀπτυλεῖς. ἐπιτιθοῖ τε τὴν κατ' αὐτὸν πολιτῆν, οὐ μεῖον ἀπορεῖν οἷά τε ἐγένετο ἀπὸ τοῦ ὀκ τῆς παιδείας συλλεγόντα ἀγαθὰ τοῖς ⓐ [c]ἐπελθοῦσι ὄλεθρον ἀπὸ [d]τῆς ἐξουσίας. ὅταν ἄρα δυσκόλως ἡ ἀρετὴ τοῦ σωφρονεῖν, οἷς ἀνυπεύθυνον [d]τῷ πρόσθεν ῥᾳστώνη παρέστ. φίλους μὲν κομᾶν καὶ τὰ πάντα ἀξιολόγους ἐπισκοπεῖσθαι τὸ κατ' ἀπαρχάς, ἔπειτα παιδείας καὶ δόξης ζῆλον τῶν κρειττόνων, μέχρι δὴ τοῦ θεάτρου τῷ ὑβρίζειν [e]ἀπαμφιασθείσης εὐπρεπείας ἢ τοῖς αὐτὸν ἐχρήσαντο, [f]καὶ μίσους ἐπαυρέντ@, ὑπ' αὐτῆς ὀπτυλευθεὶς τελευτᾷ.

## CAP. III.

*Quo modo Claudius è domo extrahitur, & in caſtra aſportatur; utque ſenatus legatos ad eum mittit.*

## ΚΕΦ. γ'.

Ὡς Κλαύδι@ ἁρπάζεται ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἄγεται· καὶ ὡς ἡ βουλὴ πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει.

*Quo ſe recipit Claudius poſt cædem Caji.*

CLaudius autem, cum de via, ut ſupra retuli, declinaſſet, qua incedebant qui cum Cajo erant, & turbata eſſet domus ex calamitate quam paſſa eſt morte Caji, de ſalute ſua anxius & ſollicitus, in locum quendam anguſtum deveniens ſemet occultabat, nihil quod ſibi periculo eſſet ſuſpectum habens, præter natalium claritatem. nam vitam privatam agens modeſte ſe geſſit, & præſentibus contentus erat, & ſtudio literarum, Græcarum præcipue, deditus, & modis omnibus turbarum inquietudinem devitans. Tunc autem, cum vulgus conſternatum eſſet animis, & tota regia militum furore compleretur, ſatelliteſq; ita ſe haberent ac ſi de pavore & confuſione privatorum participaſſent, illi qui prætoriani appellantur, totius exercitus pars integerrima, in deliberatione de rebus agendis erant. Quotquot autem aderant, Caji ſupplicium parvi pendentes, quod non immerito illud ei accidiſſe crediderint, id potiſſimum agebant, quo modo rebus ſuis optime conſulerent; præſertim cum Germani ab interfectoribus pœnas exigerent, ſuæ magis ut gratificarentur crudelitati, quam ut communi utilitati proſpicerent. Quæ omnia augebant trepidationem Caji de ſalute ſua ſolliciti, maxime cum videret Aſprenatis & cum eo cæſorum capita circumferri. quodam autem in loco ſtabat, in quem aſcenſus erat paucis gradibus, ut in obſcuritate deliteſceret. Quem ubi conſpexerat Gratus, unus è militibus qui regiam cuſtodiebant, non va-

*Gratus forte incidit in Claudium, loco obſcuro latitantem.*

ΚΛαύδιος δὲ, καθάπερ [a]ἀνάτερθεν ἔφθιο, [b]ἐκπεπτώκει αὐτῷ [i]τῷ Γαΐῳ ὁδὸν γινομένης, καὶ ᾧ οἴκῳ θορυβηθέντος πάσῃ τῇ συμπτώσει, ἔτι τινὶ φοβερῷ κατειλημμένος ἔκφυγεν αὐτὸν, ὑβριστὴν κινδύνων αἰτίαν πλεῖστ' ἀναφέροντος. μέτριον δὲ ἰδιώτης ὢν ἦγεν αὐτὸν, καὶ τοῖς [k]παροῦσιν ἀρκῶν [l]ἴσῳ, παιδείᾳ τε σεμνὸν, καὶ μάλιστα τῇ Ἑλλήνων, καὶ παντὸς δὲ εἰς θόρυβον ἀνακεκινημένου παντοίως ἀπαλλάττων αὐτόν. τότε δὲ πλοίας κατεληφυίας ὄχλου, καὶ δὲ βασιλείου παντὸς στρατιωτικῆς μανίας ἀνάπλεω γεγονότος, καὶ δειλίας καὶ ἀταξίας ἰδιωτῶν ἔτι ἀπειληφότων σωματοφυλάκων, [m]οἱ περὶ τὸ στρατηγικὸν καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ τὸ στρατιᾶς καθαρώτατον, τὸ βουλῇ περὶ τοῖς πραγμένοις ἦσαν. ὁπόσοι δὲ καὶ παρετύγχανον, τὴν μὲν Γαΐου τιμωρίαν ὡς ὀλίγῳ πρόθεμενοι διὰ τὸ κατὰ δίκην αὐτὸν ἀπὸ τῆς τύχης συμπεπτωκέναι, τὰ δὲ περὶ αὐτοὺς ἀνεσκοποῦντο μᾶλλον, ὅπως τρόπον ὅτῳ καλῶς, καὶ τὴν Γερμανῶν τε τὸ τιμωρίας τὴν σφαγέων ὄντων, ὠμότητος χάριτι τὴν ἑαυτῶν μᾶλλον ἢ τὸ συμφέροντος τοῖς πᾶσιν. ὑφ' ὧν ἁπάντων ὁ Κλαύδι@ ἐθορυβεῖτο, δεδιὼς περὶ τῇ συμπτώσει, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ τῶν περὶ τὸν Ἀσπρῆνα ἐπιθέατο τὰς κεφαλὰς περιφερομένας. εἰσήκει δὲ κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμίσι χωρίον, ὑπεσκιασμένον κατ' αὐτὸν σκότῳ. καὶ Γράτ@ τῶν περὶ τὸ βασίλειον τῆς στρατιωτῶν φυλακὴν ἔχοντ@, καὶ ᾧ

[a] Ita lego. ωσγλαυῖν in *libris*. [b] Vide *Suetonium* in *Tiberio*, c. 70. & 71. [c] Sic *Bunb.* ἐλθόντα in *Editis Aliiſque*. [d] Antea erat τὸ πρόσθεν. [e] Ita lego cum Cl. *Leunclio*. ἀναμφιάστου in *libris*. [f] Illud καὶ inſertum dedi. [g] Sc. p. 847. v. 3. [h] Ita *Bunb.* nec aliter, ut puto, *Epiphanius*, qui vertit, *interruptione ſaſta viarum*. ἀποδείξεως in *Editis Aliiſque*. [i] Τῶν σὺν Γαΐῳ ἀδῶν *Bunb.* [k] Sic lego cum Cl. V. *T. Terrio*, πάσῃ ἀρκῶν in *libris*. [l] Illud ἴσῳ è *Cod. Bunb.* [m] Videſis Cl. *Perizonium* de *Prætorio* contra *Elſnerium*, p. 125.

μὲν ἀκριβοσαμένῳ τὴν ὄψιν ἀμαυρὸς ὢν ἀλλ' ὅτι σκότος, τῷ δὲ ἀνθρώπῳ εἶναι τὸν ἐπιβουλεύοντα κεῖνος εἰκάσας μιᾷ ἀπιλλαγμονῇ, προσίοντι τε ἐγγύτερον, καὶ ἐπιχωρεῖν ἠξιοῦντος ἐπύθετο, καὶ καθαλοῦν βιαιοτέρᾳ, [a] καὶ [b] Γερμανικὸς μέν ἐστιν, φησὶ πρὸς τοὺς ἑπομένους, καὶ [c] σπουδάζομεν τοῦτον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι. Κλαύδιος δὲ ἐφ' ἁρπαγῇ παρεσκευασμένους ὁρῶν, καὶ δείσας [d] μὴ καὶ φόνου ἐπιθῶνται ἑαυτῷ, φοβεῖσθαι ἠξίου ὅ τι καὶ αὐτὸν ἀπειργασμένος [e] ἀνάμνησιν [f] αὐτοῖς ἐποιήσει, καὶ ὅ ἀφρονήσει τὸ γεγονὸς. ὁ δὲ Γρᾶτος μειδιάσας, ὑπανέστη τὴν δεξιάν, καὶ, "σιωπᾶν," φησὶ, μᾶλλον ἢ λέγειν δεῖ τὸν "σωτηρίας, δίον οὐ μεγαλοφρονοῦντα περὶ τὴν ἡγεμονίας, "ἀλλ' οἱ θεοὶ Γάϊον ἀφεῖλόν σου [g] συνεχώρησαν ἀρε- "τῇ, φέρειν τὸ εὐκλεὲς λαβόντες. ἀλλ' ἴθι καὶ τὸ "πρῶτον ἀπολάμβανε τὸ θεῖον." [h] ἀνεβάστασε δὲ 15 αὐτὸν ὁ πάνυ βαίων τῶν τοτὲ δυνάμενον, ὑπό τε φόβου καὶ χάρματος τὴν ἐρημίαν.

β'. Συνεστράφθη δὲ περὶ τὸ Γράτου ἤδη καὶ πλείων τὸ σωματοφυλάκιον, καὶ θεωροῦντες ὃ Κλαύδιον ἀγόμενον [i] ἐσκυθρώπαζον, δύζῃ τε ὅτι κόλασιν ἕλκει τὸ ὅτι 20 τοιοῖσδε ζημίαις, ἃς ἄνδρα ἀπρεπέσιτα ἀφ' βίου τοῦ παντὸς, καὶ κινδύνους ὑπ' αὐτῶν ὅτι τῆς Γαΐου ἀρχῆς ἀμυλικότας· τοὺς δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις [k] ἐμπρέπειν κρίσιν ἠξίουν τὴν περὶ αὐτοῦ. καὶ πλείονι τε φαντασίᾳ συνεφορμῶσι, φυγή τε ἦσαι τε ἀμύλῳ, καὶ [l] πρόδηλον ἀπο- 25 ρία τῷ Κλαυδίῳ δι' ἀοθένειαν τοῦ σώματος· ἦσαν καὶ οἱ ὄχλον αὐτῷ φέροντες περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτῷ [m] παρεσκευασμένοις φυγῆς ἔσεσθαι αὐτοῖς, ἀπ' ἐλπίδος ἥκοντα τὴν σωτηρίαν τοῦ δικαίου. ὁ δὲ εὐρυχωρίας δὲ τοῦ παλατίου γενομένους· πρῶτον δὲ αὐτὸν ἅπαντες ὁ Ῥωμύλου 30 πόλεως τοῦτο πρωτοκτίσαντος λόγος· καὶ ἤδη τοῦ δήμου ἁπλαμβανομένου, πολὺ πλείων ἡ ἐπιφοίτησις ἐπὶ τῶν στρατιωτῶν, χαρᾷ τὸν ὄχλον [n] δεχομένων τὸν Κλαύδιον, περὶ πλείονος τε ἐπὶ αὐτοῖς αὐτοκράτορα φάσθαι δεῖν ἄνδρα, [o] εὐνοίᾳ τῇ τοῦ Γερ- 35 μανικοῦ. ἀδελφὸς δὲ ἐπὶ αὐτῷ, ὅτι μέγα πᾶσι τοῖς ἐμπλεκόσι χαλεπότατος πλέον ὁ αὐτῷ ἀπολογισμός τε αὐτὸν εἰσῆκε τῆς τε πλησιοχίας τῷ ὁ τῇ συγκλήτῳ δυναστεύοντι, καὶ ὅσους ὅτι ὁ περὶ ἀρχῆς ἡμάρτηκε αὐτῷ. τοὺς δὲ καὶ τὸ ἀμήχανον τοῦ πράγματος 40 ἐς κατιόντι, καὶ πάλιν εἰς ἑνὸς ἀρχὴν μεθισταμένου τὸ ὅλον κινδυνεύειν αὐτοῖς φέρον ἀφ' οὗ κτησαμένου τὴν ἀρχὴν, [p] ἐφ' ὃ ὁ ὑπερέχοντι καὶ εὐνοίᾳ τῇ αὐτοῦ λαβόντα Κλαύδιον, μνημονεύοντι τε χάριτος αὐτοῖς ἀποδιδόντα τιμὰς, ἢ ὅτι ταύτης γένοιτο ἂν 45 ἀρχῆσαι.

γ'. Ταῦτα πρός τε ἀλλήλους, καὶ δι' ἑαυτῶν διεξήεσαν, καὶ τοῖς ἀεὶ προσπίπτουσι διηγοῦντο. ὁ δὲ

lens ſatis accurate faciem ejus noſcere prætenebris, hominem tamen eſſe exiſtimans qui *illic* inſidias locaret, propius acceſſit, ac cum illum rogaret Claudius ut recederet inſtare cœpit; atque apprehenſum eum agnovit, & ſequentibus dixit, & hic quidem Germanicus eſt, agite, eum conſtituamus imperatorem. Tum Claudius, ubi eos animadvertit ad ipſum extrahendum paratos, veritusque ne ſimiliter ac Cajus morte plecteretur, obſecrabat ut ſibi parcerent, illis in memoriam revocans, ut vitam aliis quam minime moleſtus egiſſet, illoque imprudente & *invito* acciditſet quod factum erat. ad quæ Gratus fabridens, *dextra* prehenſum ſic alloquitur, "Humiliter adeo loqui de- "ſine, cum te magno elatoque animo cogita- "re oporteat de imperio, quod dii Cajo abla- "tum tuæ conceſſere virtuti, orbis terrarum "commoda reſpicientes. age vero, & præ- "ſentem ſolum tibimet vindica." Suſtinebat autem ipſum, præ metu ſimul ac gaudio, ex iis quæ dicta erant, labentem.

2. Tunc autem ad Gratum jam concilii erant multi è ſatellitibus; & Claudium abducturum videntes, triſtem præ ſe ferebant vultum, exiſtimantes eum rapi ad ſupplicium ob ſuperas damni injurias, cum & à negotiis turbiſque petotam vitam abhorruerit, & Cajo imperante in magnis verſatus fuerit periculis: quidam etiam cenſebant, conſules decere judicium de illis ferre. Cumq; plures ad eos aggregati eſſent milites, & multitudo *inermis* fugo dilapſa eſt, & Claudio progrediendi difficultas erat propter virium imbecillitatem: nam lecticarii ejus, dum ipſe rapitur, oblata fugæ facultate, ſe periculo ereripuerant, de ſalute domini deſperantes. Cum autem perveniſſent in aream * palatii (quem quidem urbis Romanæ locum primum habitatum eſſe tradunt qui de ejus originibus ſcripſerunt) & jam attentarent earum reſpublicæ, multo major fit militum concurſus, Claudium oculis ſuis incueri geſtientium; magnoque tenebantur deſiderio illum conſtituendi imperatorem, ex ſua erga Germanicum benevolentia. nam frater erat illius, qui ſui gloriam ad ſummam auctam iis omnibus reliquerat quibuſcum verſatus fuerat. Illis etiam in mentem veniebat, quanta erant aviditate qui in ſenatu dominabantur; quæque admiſerant & perpetraverant dum imperio potiretur. Inſuper, dum ad rei difficultatem attendebant, ſecum cogitabant, illis, ſi rerum ſumma iterum in unius poteſtatem deveniret, periculum eſſe ab alio quocunque imperium occupaturo, præter Claudium, qui, cum ſponte conceſſu & benevolentia principatum acceperit, recordatione beneficii etiam honorem hujuſmodi meritis parem illis retribuet.

*Ad Claudium latebris extractum concurſus militum.*

3. Ita & inter ſe ſolique ſecum differebant, eademque ad obvios quoſque proferebant. qui, cum

a Illud καὶ è Cod. Bunb. b Germanici cognomen Druſo poſterisque ejus à ſenatu datum, memorant Suetonius in Claudio c. 1. c Ita Gall. σπουδὴν in reliquis. d Sic lego, ſuadente Epiphanio, qui vertit, *ne quoque Cajum ipſi quoque moverunt*: antea erat, μὴ καὶ φονὸν ἐπιθῶνται τὸν Γαΐου. e Ἀναμνήσαν αὐτοὺς τοῦ ἔργου. Bunb. f Ita lego. αὐτὸν in Editis. g Συνεχωρήσαντο Bunb. h Ita etiam legiſſe videtur Epiphan. qui vertit, *ſuſpenſabatque eum*. Eſt tamen qui malit ἀνεβίβασε. i Illud ἐσκυθρώπαζον inſertum è Cod. Bunb. k Ἐπιτρέπειν ἐξεῖναι τὴν κρίσιν τὴν ἐπ' αὐτῷ Bunb. l Sic Bunb. ἀπορίαν δῆλον ἦν Κλαυδίῳ Editi Aliique. m Non lubenter aliquid in textu mutare. licet valde mihi placuerit conjectura acutiſſima V. Cl. *T. Terrii, Gr. L. Profeſſoris*, ἀεὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῷ παρεσκευασμένοις φυγῆς ἔσεσθαι αὐτοῖς. n Eo modo Bunb. δεχομένοις in Editis Aliiſque. o Iterum cum Cod. Bunb. εὐνοίᾳ τοῦ in reliquis. p Ita lego ex conjectura. antea erat, τὸν πάλιν ἐς ἑνὸς ἀρχὴν μεθισταμένου τὸ ὅλον κινδυνεύειν αὐτοῖς φέρον ἀφ' οὗ τοὺς κτησαμένου τὴν ἀρχὴν μεθισταμένου τὸ ὅλον, πρὸς ὑπερέχοντι καὶ εὐνοίᾳ τῇ αὐτῶν λαβόντα κλ. * Errat *Joſephus*, ut videtur. nam in caſtra ſtatim delatum eſſe narrat Suetonius in *Claudio*, c. 10. *Caſaub.*

*Claudius rapitur ad imperium.*

cum iſta audirent, libenter in eorum ſententiam conceſſerunt, & armatis cinctum ſublimem in caſtra perferebant, ne quid eis feſtinantibus impedimento eſſet. Interea autem orta eſt diſſenſio inter populum ſenatumque: dum illi priſtinam appetunt dignitatem, & inductam à tyrannorum inſolentia ſervitatem effugere cupiunt, cum per tempus liceret; contraque populus, hanc felicitatem eis invidens, & fœnum eorum cupiditatibus imperatoriam poteſtatem eſſe intelligens, ſibique *adverſus potentiorum injurias* perfugium, Claudii raptu gaudebat, quòd exiſtimaret ab ipſo facto imperatore ſublatum iri diſſenſionem civilem, illi non diſſimilem futuram quæ ſub Pompejo exarſit. Senatus porro, cognito quod milites Claudium in caſtra tranſportaverant, ſui ordinis viros *dignitate* præſtantes ad eum mittunt, qui monerent, "ne ad imperium adipiſcendum "vim ullam adhiberet, ſed ſenatui cederet, è "tot *tantiſque* viris unus, futuruſve ex illis, "legibuſque concedens providere quod ad rei-"publicæ ordinem magni interſit, & in me-"moriam revocans mala quæ civitati intule-"runt priores tyranni, quæque ſub Cajo etiam "ipſe cum eis pericula pertulerat; neque, cum "oderit tyrannidis ſævitiam, quam alii inſo-"lenter exercebant, ipſe ſponte ſua auderet "in patriam debacchari. quapropter ſi *ſena-"tui* motem gerat, oſtendatque ſe prioris vi-"tæ quieti cum virtute conjunctæ firmiter ad-"hærere, fore ut maximis cumuletur honori-"bus à liberis civibus, & optimi viri exiſtima-"tionem ſibi pariat, qui non gravetur ſub le-"gibus per vices nunc præeſſe aliis nunc ſub-"jici. Quod ſi ab illis deſciſcere voluerit, me-"liora non edoctus ex Caji interitu, per illos "non licebit. nam & non exiguam militum "manum ab illis ſtare, & armorum ſupereſſe "copiam, ſervitiorumque multitudinem, quo-"rum opera in promptu ſit. Sed hoc præci-"pue ſpem illis facere, & fortunam & deos "non alios eſſe adjuturos, quam qui pro re-"cto & honeſto contendunt certantque. ta-"les autem iſtos eſſe qui pro patriæ liberta-"te pugnant.

*Senatus legates ad Claudium mittit.*

*Veranius & Brocchus legati.*

4. Et quidem legati, Veranius & Brocchus tribuni plebis, hujuſcemodi verba habuerunt: procumbenteſque ad ejus genua ſuppliciter orabant, ne in bellum & calamitates urbem conjiceret. Et cum viderent eum ſeptum magna frequentia militum, *ſentirentque* cum ejus copiis conſulares minime conferendas eſſe, adjecerunt; "ſi concupiſceret imperium, *debere* "à ſenatu datum accipere. melioribus enim "auſpiciis & majori cum felicitate eo uſurum "eſſe, cui contigerit ut dantium benevolen-"tiæ acceptum referat.

πυθανόμενοι τὰ θύρατα ἐδέχοντο ἢ τὰ ὅπλα, συμφράξαντές τε καὶ ἀπολείσαντες ἦγον ὅπῃ τῷ σπεύδοντι φορᾴδην ἀναβαστάσαντες, ὡς μὴ ἐμποδίζοιτο αὐτοῖς ἡ ἔπειξις. [a] διεσήκουσαν δὲ αἱ γνῶμαι τῷ τε δήμῳ καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς. ὁ μὲν ἀξιώματός τε τῷ [b] πρώτῳ ὑπερήδετο, καὶ δουλείαν ἐπακτὸν αὐτοῖς ὕβρει τῶν τυράννων γενομένην φιλοτιμούμενοι ἀφαιρήσεσθαι, χείρω [c] ἀγαθοῦ· ὁ δὲ δῆμος φθόνῳ τε τοῖς ἐκείνου καθιστάμενος, καὶ τῶν πλεονεξιῶν αὐτῆς ὅτι-σύμμαχα τοὺς αὐθεκάτορας εἰδὼς, καὶ αὖ καταφυγὴν, ἔχαιρε [d] τῇ Κλαυδίου ἁρπαγῇ, ᾗσπερ τε ἐμφύλῳ, ὁπόταν καὶ ὅτι Πομπηΐου γένοιτο, ἀπαλλάξειν αὐτὸν ἐπιλαμβανομένων τούτων αὐτοκράτορα καθιστάμενον. γνοῦσα δὲ ἡ βουλὴ τὸν Κλαύδιον ἐπὶ τὸν πρώτιστον ἀφιγμένον εἰς τὸ στρατόπεδον, πέμπει τοὺς ἀξιοῦντας [e] ἄνδρας ἀρετῇ τοὺς ἐξ αὐτῶν προύχοντας, οἳ διδάξειαν "[f] μηδὲν ὅτι κρεῖττον τῆς ἀρχῆς βιάζεσθαι, παρεχωρεῖν δὲ τῇ συγκλήτῳ, τοσῶνδε ἀνδρῶν ἕνα ὄντα, "[g] ἢ ἐσόμενον, καὶ τῷ νόμῳ προσχωροῦντα τῷ ὅτι τοῖς κοινοῖς κόσμῳ τιθεῖ τὰ πρόσω, μνημονεύοντα [h] ὧν τε οἱ πρώτιστοι τύραννοι κακῶσαι τὴν πόλιν, καὶ ὧν ὑπὸ Γαΐου καὶ αὐτὸς κακοδαιμόνησε σὺν αὐτοῖς, μηδὲ μιμήσασθαι τὴν βαρύτητα τῆς τυραννίδος, ὑφ' ἑτέρων προκαμούσης τῆς ὕβρεως; αὐτὸν ἐθελῆσαι ὅτι παρεῖσθαι χαρᾶς τῆς πατρίδος. καὶ πειθομένῳ μὲν, καὶ τὰ πρώτιστα ἀποδόμενον τὴν ἀρετὴν ὅτι δεδομένῳ βέβαιον, τιμάς τε ὑπάρξειν αἱ ἔστ' ἐλευθέρων φιλοδοξεῖν τῶν πολιτῶν, καὶ ὅτι χρήσοιτο ἕ νόμῳ τὸ μέρος ἄρχοντά τε καὶ ἀρχόμενον κερδαίνειν ἔπαινον ἀρετῆς. εἰ δὲ ἀπειθοῖτο, μηδὲν ὅπερ ἡ Γαΐου τελευτῆς συφορηζόμενος, ἤ τι γε [i] αὐτὸς ὑπηρέψατο. τῆς τε δὲ φρενὸς πολὺ εἴη τὸ συνετικὸς αὐτοῖς, ὅπλων τε εὐπορίαν, ᾗ πλῆθος οἰκετῶν [k] οἷς χρήσαιτο αὐτός. μέγα δὲ μέρος τιμῶν ἐλπίδα εἴη), καὶ ἡ τύχη, πρός τε θεῶν ἢ ἄλλοις συμμαχεῖν, ἀλλὰ τοῖς μὴ ἀρετῆς ἕ καλῶς τὰς ἀγῶνας ποιουμένοις. εἰ δὲ [m] τοῖς τοὺς οἳ ἂν περὶ ἐλευθερίας μάχωνται ἡ πατρίδος.

*Veranius & Brocchus legati.*

ν'. Καὶ ὁ μὲ προσβευταὶ, Οὐηράνιος καὶ [n] Βρόκχος, δήμαρχοι δὲ ἦσαν ἀμφότεροι, τοῖσδε ἐχρῶντο τοῖς λόγοις· καὶ καθιππεύοντο τοῖς γόνασιν αὐτοῦ προσπεσόντες, μηδαμῶς πολέμοις καὶ κακοῖς ἐμβαλεῖν ἡ πόλιν. θεωροῦντες δὲ στρατὸν πλῆθύι ἡ Κλαύδιον πεφραγμένον, ᾗ ὃ μηδὲν τοὺς ὑπάτους ὄντας συγκρίσοι τῇ προὸς αὐτὸν, [o] ἐπῆγον, "εἰ δὲ ἀρχῆς ἐρέσθαι, ὡς ἡ βουλῆς δέχεσθαι δεδομένην. αἰσιώτερον γὰρ ᾗ εὐδαιμονέστερον χρῆσθαι ἡ μὴ μὴ ὕβρεως, ἀλλ' εὐποίᾳ τ' δίδοσθαι ὡς λαμβάνοντα.

a Διεστήκεσαν Bunb. b Πρώτῳ Bunb. c Ita lego. πρείττων in Edit. & MSS. d Τῇ Κλαυδίου τῇ ἁρπαγῇ Bunb. e Ita Bunb. & Epiphan. ἄνδρας αἱρετοὺς ἐξ αὐτῶν in Editis Aldiſque. ἄνδρας ἀρετῇ τοὺς ἐξ αὐτῶν, οἱ δ'. Vat. f Iterum cum Cod. Bunb. & Epiphan. μὴ δεῖν in ceteris. g Ἑκατόνδρου Bunb. Hoc modo diſtinxiſſe videtur Epiphanii codex. παρεχωρεῖ δὲ τῇ συγκλήτῳ τοσῶνδε ἕνα ὄντα, nam vertit, ſed magis ut ſenatui tantorum virorum unus cederet. h Ita Bunb. ὧν οἱ ας. in reliquis. i Αὐτὸς Bunb. αὐτοῖς Flen. à pr. m. αὐτὸς à ſecunda. k Ita lego. οἱ χρήσαιτο αὐτοῖς in libris. l Τῶν ἐλπίδα εἴη Bunb. m Ita lego. τοὺς in libris. n Βρόγχος & Βρόκχος & Βρῦγχος in Græcis. Juxta Epiphanii libros Βρόυκχος aut Βρόυκκος. in ora exemplaris Caſauboni appingitur Brutus, ac ſi Βροῦτος legiſſet. o Ita Bunb. in ceteris deeſt vox ἐπῆγον, leguntque ὄντα ἀρχῆς. in Epiphanii verſione, ſuadebantque ſimul, ut ſi appeterem principatum &c.

γ'. ΚΕΦ. δ'.

Οἷα πέπραχεν ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας ὑπὲρ τοῦ Κλαυδίου· καὶ ὡς Κλαύδιος, τὴν ἀρχὴν καταλαβών, τοὺς Γαΐου φονέας ἀναιρεῖσθαι κελεύει.

CAP. IV. III.

*Quænam acta erant à rege Agrippa in gratiam Claudii: & quomodo Claudius, imperium adeptus, Caji interfectores necari juſſit.*

Κλαύδιος δὲ, ἥπίστατο γὰρ οἵᾳ αὐθαδείᾳ ἀπεσταλμένοι, καὶ πρὸς ὃ παρὸν γνώμῃ τῇ αὐτῇ, ὅτι τὸ μετρίως ἐτράπετο, ἀλλὰ καὶ τῷ δεῖν αὐτὸν φόβῳ ἀφιστάσαις, ἅμα μὲν θάρσει τοῦ στρατιωτικοῦ, ἅμα δὲ Ἀγρίππου τοῦ βασιλέως, κελεύοντος μὴ περιεῖναι τὴν χεῖρον τηλικαύτην ἀρχὴν ἡκούσαι αὐτόμολον. ὃς, πρέσβυς μὲν ὢν καὶ τὸν Γάϊον δὴ καὶ ὡς ἄνδρα ἀξιῶν τιμῆς ἡγεμόνος· καὶ γὰρ τὸν νεκρὸν περιέπλεξε τοῦ Γαΐου, καὶ ἀναθέμενος ὅπη κλίνης, καὶ περιστείλας ἐκ τοῦ παραχρῆμα, εἰς τοὺς σωματοφύλακας ὑπεχώρει, ζῆν μὲν τὸν Γάϊον ἀπαγγέλλων, κακοπαθοῦντι δὲ ὑπὸ τραυμάτων ἰατροὺς μεταλαβεῖν λέγων· πυθόμενον δὲ τοῦ Κλαυδίου τὸν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἁρπαγὴν, ἀφεῖτο πρὸς αὐτὸν, καὶ καταλαβὼν τεταραγμένον, καὶ οἷόν τε ἀναχωρεῖν τῇ συγκλήτῳ, ἀπήγειρεν ἀντιλαμβάνεσθαι κελεύων τῆς ἡγεμονίας. ταῦτα δὲ πρὸς τὸν Κλαύδιον εἰπὼν προσεχώρει πρὸς αὐτὸν, καὶ μεταχαλύσας αὐτὸν τὸ βυλῆς, κομισάμενον μέσης τὴν κεφαλὴν, ὡς ὑπὸ σωφροσύνης, γνώμης ἀναλύσιμος αὐτῇ, παρῆν, καὶ ἤρετο τὸν βουλευτὴν τί πράττοι Κλαύδιος. τῶν δὲ τά τε ὄντα φαυλίων, καὶ προσαπορούντων ἤν τινα γνώμην ἔχοι περὶ τοῦ ὅλου, τελευταῖον μὲν ὑπὲρ τοῦ κατ' ἐκεῖνο εὐκλεὴς ἕτοιμος εἶη τοῖς λόγοις, σπουδὴν δὲ ἀναλαβὼν περὶ ὃ συμφέροντι, πᾶν ὅ,τι καὶ εἰς ἀσφάλειαν φέροι ὑπεξελομένους. χρῆναι γὰρ εἶναι τὰ ἀρχῆς μετεπιμένους, καὶ ὅπλων, καὶ στρατιωτῶν δι φεύξαιντο αὐτοῖς, μὴ καὶ ἀφοδίοις κεχρημένους εἰς πάλιν σφαλεῖσιν. ἐπιχαιρούσης δὲ τῆς βυλῆς, ὅπλων τε εὐπορίαν, καὶ χρημάτων εἰσόδους, καὶ στρατιᾶς ὅ μέν τι αὐτοῖς εἰς συνεχὲς, "τὸ δὲ συγκροτήσαν ἐλευθεράστους δῆλον ποιοῦσιν. εἴη μὲν, ὦ βουλὴ, φησὶν ὁ Ἀγρίππας εὐτυχῶν, τοιαῦτα ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βουλεύματα. λοιπὸν δὲ ἐμοὶ διαλύσαντι μὲν, ἀφεῖναι τὸ ὅτι σωτηρίαν φέρειν τοὺς λόγους. "ἴστε δὴ στρατιῶται, "ὃς ὑπὲρ Κλαυδίου μαχεῖσθε, πλήθει χρόνου ὁπλιτεύειν "μᾶλλον ἐπιστάμενοι· τοὺς δὲ ἡμέτερα, συγκλύδας καὶ θρέμματα "πλῆθος ἴσως ἐν τῷ παρόντι δόξαν τὴν ἐμὴν ἀπαλλαγήν· "ναι, δυσμεταπειθεῖς· πρὸς δὲ τοιούτους ἀναγκαίως ἔχομεν "παραγαγόντες ἄνδρας, μηδὲ ὅπλα αὐτοῖς τὰ ξίφη εἰ- "δότας. ὥστε μοι δοκεῖ πέμπειν ἐπὶ Κλαύδιον πρέσβεις "τοὺς καταστῆσαι τὴν ἀρχὴν, παρεσόμενον τὰ ἑτοίμως ἐμοί.

*Quenam acta erant à rege Agrippa in gratiam Claudii: & quomodo Claudius, imperium adeptus, Caji interfectores necari juſſit.*

CLaudius autem, ut qui non neſciverit qua arrogantia miſſi erant legati, ex illorum etiam conſilio ad moderatiora converſus eſt in præſens; non tamen ita quin ſe ex metu recolligeret, partim quidem audacia militum *animatus*, partim vero Agrippæ regis, hortantis, ne tantum imperium ultro oblatum è manibus dimitteret. qui, omnibus quidem Cajo præſtitis, prout deceret hominem ab ipſo honoratum, (nam & Cajum mortuum complexus eſt, & collocatum in lectulo operuit quoad ejus fieri potuit, dein ad ſatellites ſe recepit, nuncians Cajum quidem vivere, vulneribus vero cruciato medicos accerſere dicens) cum audiret raptum eſſe à militibus Claudium, properabat ad eum; quem cum turbatum offendiſſet & in eo fere ut ſenatui cederet, confirmabat eum, & hortabatur ut imperium capeſſeret. Ubi autem iſta Claudio dixerat, eodem unde digreſſus erat, revertebatur; & accitus à ſenatu, delibuto capillo, quaſi poſt compotationem finitam, aderat, & ex ſenatoribus quæſivit quid de Claudio factum ſit. Quibus id quod erat dicentibus, ac præterea illius ſententiam de ſummæ rerum rogantibus: ſe quidem ajebat, pro ſenatus dignitate mori non recuſare, diſpicere tamen ſuadebat, quid è re ſua eſſet, procul habentes favorem & gratiam. imperium enim ſibimet vindicantibus opus eſſe armis, atque militibus qui illa induant, ne ab iſtis imparati *in pericula* labantur. Senatu autem reſpondente, ſibi armorum abunde eſſe, pecuniamque collaturos, & exercitum non ſolum jamjam conflatum habere, ſed & novum ſe delectum habituros manumittendo ſervos: Agrippa ſubjiciens, utinam, inquit, ô ſenatus, res vobis ſuccedat ex animi ſententia. Verum non dubitanter mihi dicendum, quoniam in ſalutem veſtram futura eſt oratio. "Scitote "igitur milites qui à Claudio ſtabunt veteranos eſſe, & in re militari longo tempore exercitatos; noſtros autem, utpote ex conventis & ſervitiorum turba quibus inexſpectato "data eſt libertas, *novos* ſane & intractabiles; "& contra belli ſcientes peritoſque in aciem "rudes educemus, & qui gladium ſtringere neſcient. quapropter mihi *optimum* videtur "mitti ad Claudium qui ei ſuadeant ut imperium deponat: & ad legationem *iſtam* ob"eundam ipſe paratus ſum.

*Claudius benigne legatis reſpondet.*

*Agrippa, poſtquam Caji cadaver curaſſet, ad Claudium ſe confert.*

*Agrippa, à ſenatu accitus, conſilium.*

2. Atque ille quidem ita loquutus eſt, eiſque aſſentientibus, cum aliis miſſus & Claudio ſeorſum trepidationem ſenatus indicat, autorque erat ut more imperatorio reſponderet, &

*Agrippa cum aliis à ſenatu ad Claudium miſſus.*

a Ita lego. ἀπεστάλκασι in *Editis Aliiſque.* b Sic *Bunb.* πρεσβύτερον in *ceteris.* c Ita lego. ἀφεῖναι τοῦτον in *libris.* d Sic cum *MSS.* τῷ in *Editis.* e Illud ὃς ex *MSS.* f Καὶ γὰρ τὸν νεκρὸν &c. in parentheſim inclusi. g Ita lego. ἀφεῖναι in *Editis & MSS.* Eſt qui malit ἀφεῖσθαι. h Ἐπεχώρει *Voſſ.* i Ἐπαγγέλλων *Voſſ.* k Ita *Bunb.* κακοπαθοῦντα ἢ ἀ. ἐφ. ἰατροὺς μεταλαβεῖν λέγων in *Editis Aliiſque.* l Ita lego. χρυσάμενον in *libris.* m Hoc modo lego & diſtinguo. antea erat, ὡς ὑπὸ σωφροσύνης γνώμης ἀναλύσιμος αὐτῇ. n Sic *Bunb.* & *Voſſ.* παρῆν in *Editis Aliiſque.* o Iterum cum *Cod. Bunb.* τὰ ὄντα φ. π. ἀφθονώτερον ἔτι in *ceteris.* p Περὶ τῶν ὅλων *Voſſ.* q Περὶ ᾧ συμφέροντι *Bunb.* r Ita *Bunb.* & *Voſſ.* ἐπιλιλοιπότα in *Aldi.* s Τοῖς ἀρχῆς *Voſſ.* t Eo modo *Bunb.* τὸ μέντοι αὐτῶν in *Editis Aliiſque.* u Ita *Bunb.* δυσμεταπείστους in *Editis Aliiſque.* x Sic *Bunb. Voſſ.* & *Gall.* μαχούμεθα in *ceteris.* y Ita lego. αὐτοῦ *Voſſ.* αὐτῶν in *ceteris* omnibus præter *Bunb.* qui αὐτοῦν habet, forſan pro αὐτόνομ. z Δοκεῖν *Bunb.* a Ἀπεῖναι *Bunb. Hen.* & *Vat.*

a Ita

*Claudii responsio ad legatos.*

& ex dignitate ſua & poteſtatis amplitudine. Dicebat itaque Claudius, "ſe minime mirari, "ſenatum ægre ferre principis dominatum, "quòd attritus fuerit priorum crudelitate, qui "ad imperii majeſtatem evecti erant. nunc "vero meliorum temporum moderationem "deguſtaturos eſſe, ipſo ad reip. gubernacula "ſedente; cum nomine tantum penes ipſum "foret imperium, re autem vera omnibus ſe- "cum commune. Illis itaque convenire ipſi "non diffidere, qui illorum in conſpectu mul- "ta & varia obiit negotia" Et legati quidem, ubi verba iſta auditione acceperant, dimiſſi ſunt. At Claudius exercitum ad ſe congregatum alloquebatur, militiæ ſacramento illos ad fidem ſibi ſervandam obligans: donatque viritim corporis cuſtodes quinis drachmarum millibus, & duces illorum ſimili ad proportionem numero; parique ratione aliis exercitibus, ubicunque eſſent, daturum ſe promittit.

*Sacramentum à militibus exigit.*

*Senatus à conſulibus convocatus.*

3. Conſules autem ſenatum convocabant in Jovis Victoris ædem, cum *multa* adhuc nox eſſet. quorum alii quidem in urbe ſeſe occultabant, animo vacillantes ubi aliquid *de concione* audiverint: alii vero in prædia ſua ruſtica conceſſerunt, providentes quónam res evaſura eſſet cum de libertate deſperarint; longe ſatius eſſe exiſtimantes, in ſervitute, ab omni periculo vacua, vitam agere inertem & otioſam, quam cum paterna dignitate in ambiguo hærere de ſalute. Veruntamen haud plures quam centum convenerunt: cumque de iis, quæ in manibus erant, deliberarent, derepente ſublatus eſt clamor militum, qui ab illis ſtabant, poſtulantium ut ſenatus imperatorem rei militaris peritum eligeret, & multorum dominatu non perditum iret principatum: & quam maxime potuerunt palam faciebant, non univerſis ſed uni *alicui* imperium deferendum eſſe; illis autem permittere ut diſpicerent, quis tanta præfectura dignus ſit. adeo ut res ſenatus multo magis inter ſe contrariæ eſſent, & quod de libertate glorioſa excideret, & valde metueret Claudium. non tamen deerant qui dominatum affectarent, & propter majorum gloriam & cognationem ex nuptiis. Nam & Marcus Minucianus erat, qui, & ſua nobilitate illuſtris; & in matrimonio habens Caji ſororem Juliam, ſumma rerum potiundi cupiditate tenebatur; eumque reprimebant conſules, aliam ex alia cauſationem nectentes. Valerium etiam Aſiaticum Minucianus, unus ex interfectoribus Caji, ab ejuſmodi cogitatione inhibebat. Fuiſſetque cædes quanta vix unquam alias edita, ſi illis, qui principatum appetebant, facta fuiſſet poteſtas contendendi cum Claudio. Quin & præſto erant & gladiatores inſigni numero, & milites qui in urbe excubias agebant, remigeſque qui in caſtra confluebant; adeo ut ex iis, qui imperium ambiebant, alii quidem, ut urbi parceretur, alii vero, metu de ſe, à conatu deſtiterint.

*Milites imperatorem à ſenatu poſtulant.*

*Nonnulli à ſenatoribus dignitatem iſtam expetunt.*

τῇ ἀξιώματι τ ἐξουσίας χρώμενον. ἔλεγεν οὖν Κλαύδιος, "ᾗ θαυμάζειν τ βουλὴν ἡδονῇ μὴ φέρουσ ἄρχεσθαι "ὑφ' ὁμοτίμῃ πεπονθυῖα τ [2]πρότερον ὑπὸ ὀλίγων "νόσων καθεστάντων. γνόντας δὲ αὐτοὺς, ὑπεικείᾳ [b]τῇ "καθ' αὐτὸν, μετρίαν χαρεῖν, ὑόμενον μὲ μόνῳ τ ἀρχῆς ἴσον- "μόνης [c]αὐτῷ, ἔργῳ δὲ [d]κοινῆς πᾶσι προκεισομένης εἰς "μέσον. ὑφ' πολλῶν δὲ ᾗ ποικίλων [e]ἀδυκότα πρα- "γμάτων, οἷ ὄφελε τῇ ἐκείνου, κελεύειν ἔχειν μὴ ἀπιστεῖν." καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν, τοιαῦτα ἀκροάσει λόγων [f]καθομιλήσοντες, ἐξεπέμποντο. Κλαύδιος δὲ τῷ στρατῷ συλλεχθέντι διελέγετο, ὅρκους λαμβάνων, ἢ μὲν ἐμμένειν πίστει τῇ πρὸς αὐτὸν, καὶ δορῆτας τοὺς σωματοφύλακας [g]πεντακισχιλίας δραχμὰς κατὰ ἕκαστον ἄνδρα, τοῖς τε ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ τοῖς ὅπου ἂν τὰ στρατόπεδα [h]κατοχεῖται τὰ ὅμοια.

γ'. Συνεκάλουν δὲ ὁ ὕπατοι τὴν βουλὴν εἰς τὸ ἱερὸν τῦ νικηφόρου Διὸς, ἔτι δὲ νυξ ἦν. τῶν δὲ οἱ μὲν, οἰ τῇ πόλει κλέπτοντες ἑαυτοὺς, ὀκνοῦντες πρὸς τὴν ἀκρόασιν· τοῖς δὲ ὅτι τῶν ἰδίων ἀγρῶν ἐγεγόνεσαν ἔξοδοι, προορωμένοις ᾗ χαρίσει τὸ πᾶν οἰ ἀπογράσει τῦ ἐλευθέρου [b]γενησόμενον, ᾗ πολὺ κρεῖττον οἰ ἀκινδύνῳ ᾗ ἡσυχίᾳ ὑπειληφότες ζῆν ἀργίᾳ τῦ πονεῖν, ἢ κτάμενοι τὸ ἀξίωμα τ πατέρων περὶ τῆς σωτηρίας ἀμφίβολα καταστῆναι. συνελέγης δὲ ὅμως ἑκατὸν ᾗ πλείους, καὶ ζητουμένων περὶ τῶν οἰ χρὴν, αἰφνίδιον αἴρεται βοὴ τῦ συνεστηκότος αὐτοῖς στρατιωτικῦ, [i]στρατηγὸν αἱρεῖσθαι κελεύοντων τὴν βουλὴν ἐλέσθαι, καὶ μὴ φθείρειν παλυαρχίᾳ τὴν ἡγεμονίαν· καὶ τὸ μὲν καθ' ἑαυτὸν ἀπαραίτητον εἶναι περὶ ᾧ μὲ πᾶσι, ἀλλ' ἐπὶ τ ἀρχὴν ἐφίεσθαι εἰ· ὁρᾶν δὲ ἐκείνους ὅτῳ [k]τοσαύτης προέστασίας ἄξιος. [l]ὅση οὖσα τὰ τῶν συγκλητικῶν ἰῷ πολὺ πλέον, [m]δι' ἁμαρτίαν μὲ τῦ κατὰ τ ἀλήθειαν αὐχήματος, φόβῳ δὲ τῦ Κλαυδίου. ᾗ μὴν ἀλλ' ἦσαν ὁ ἐφιέμενοι, γένους τε ἀξιώματι καὶ οἰκειότητι γάμου. καὶ γὰρ [n]Μινούκιος Μάρκος, ὁ καὶ τῷ καθ' αὐτὸν γενναιότητι ἀξιόλογος ὢν, καὶ ἀδελφιδῆ Γαΐου γεγαμηκὼς Ἰουλίαν, προθυμός τε ἰῷ ἁπτεσθαι τῶν πραγμάτων, καὶ κατοχὴν ὁ ὕπαλος προφάσεως οἰκ προφάσεως ἁμαρτόντες. Οὐαλήριόν τε Ἀσιατικὸν Μινούκιος οἰκ ἐᾷ Γαΐου σφαγέα ἀνεῖναι τοιούτων ἐγχειρήσεων. ἐγεγόνει δ' ἂν φόνος ᾧ πρὸς ἐλάσσονι, [p]ὅτι χορηθέντων τῷ ὀλιγωμένων τῆς ἡγεμονίας ὅση ἁπτεσθαι Κλαυδίῳ. ἄλλως τε καὶ ὁ μονομάχοι, πλῆθος δὲ ἰῷ αὐτῷ ἀξιόλογοι, καὶ τῶν στρατιωτῷ οἱ πυλοφυλακοῦντες ὅτι τ πόλεως, ἱρέται τε ὁπόσοι συνέρρεον εἰς ὁ στρατόπεδον· ὅση τ μετόπιν τῷ ἀρχεῖ, οἱ μὲν φειδοῖ τ πόλεως, οἱ δὲ καὶ φόβῳ τῷ ὑπὲρ αὐτῷ ἀπέσχοντο.

δ'. Ὑπὸ

a Ita *Bunb.* σχεῖμεν in *Editis Aliiſque.* b Τῶν κατ' αὐτὸν *Bunb.* c Illud αὐτῷ è *Cod. Bunb.* d Ita *Bunb.* καινῇ in *reliquis.* e Ita lego. ἀδιήγητα ατ. in *libris.* f Συγκαθομιλήσοντες *Bunb.* g &c. Viginti HS. millia. *Suetonius* habet tantum *quina dena HS.* Vide *Scaligerum de re Nummaria*, p. 86. h Ita cum *Cod. Bunb.* & mox κρεῖττον. χορηγοῦσι & κρείττω in *Editis Aliiſque.* i Ita lego, favente *Epiphanio*, qui vertit, *potentium ut militaris imperator eligeretur.* στρατηγὸν in *Editis* & *MSS.* k Τοσούτων *Bunb.* l Ita etiam *Epiphan.* ὅστε ὁ ἀδημονίᾳ τοῦ τ *Bunb.* m Καὶ διαμαρτίᾳ τ ἀ. τ. ἀ. αὐχήματος, ᾗ φόβῳ τ Κλ. *Bunb.* n Μινούκιος Μάρκος — ἀξιόλογος ὢν — γεγαμηκὼς — ἁπτεσθαι ὢν ἐν. τ. ατ. κατοχὴν *Bunb.* & *Voſſ.* o Ita lego. ᾗ τὸ καθ' αὐτὸν in *Editis* omnibus & *MSS.* præter *Gall.* qui habet ᾗ καθ' αὐτόν. p Συγκεχορήγηται *Bunb.*

a Παν-

δ'. Ὑπὸ δὲ τοῦτον ἀρχὴν ἡμέρας καὶ Χαιρέας καὶ οἱ σὺν αὐτῷ παρελθόντες, ὡς ἐπέτυχεν λόγου ἔσεσθαι τοῖς στρατιώταις. τῶν δὲ τὸ πλῆθος ὡς ὁρᾷ σιωπῶντας αὐτοὺς ταῖς χερσὶ, καὶ δεικνύντας ὡς ἄρα καιρὸς ἀρχεσθαι, ἀνεθορύβησε, μὴ ἐᾶν μέν ὥστε εἰπεῖν, ἅπαντας δὲ κραυγάσαι παῖζας ὅτι τὸ μοναρχεῖσθαι. οἱ δὲ ἡγεμόνες ἐκάλουν, ὡς οὐκ ἀνεξόμενοι τὰς τόλμας. τῇ συγκλήτῳ δὲ ἀπορία ἄρχειν τε καὶ ὑπ' ἀρχθῆναι ἀεὶ τρόπου, ὅτε διχομένοις αὐτοῖς τὸ στρατιωτικὸν, καὶ τὸ Γαΐου σφαγέων συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις οὐκ ἐφίεσαν. ἐπὶ τοιούτοις δὲ ὄντων, Χαιρέας τὸν ὄχλον οὐκ ἀναχόμενος τοῖς αἰτήσεσι τοῦ αὐτοκράτορος, δώσειν ἐπηγγέλλετο στρατηγὸν, εἴ τις αὐτῷ σημεῖον δοίη Εὐτύχους κομίσειν. ἦν δὲ ὁ Εὔτυχος οὗτος, ἡνίοχος τῆς καλουμένης Πρασίνης, ἐκπαίδευτος Γαΐῳ, καὶ περὶ τὰς ἱππικὰς τοῦ σώματος τοῦ περὶ ἐκεῖνον ἱππεῖς τὸ στρατιωτικὸν ἐτελέσθη, ἀτίμοις ἐργασίαις ὑπεχούσης. εἰς ἄνδρ' ὁ Χαιρέας ἀνεδίζειν αὐτοὺς, καὶ ἔπρασσε πολλὰ τοιαῦτα, τόν τε κεφαλὴν κομεῖν δ' Κλαυδίου. δεινὸν γὰρ εἰ μετὰ μανίαν ἀδιαφορουμένην δώσουσι τῷ ἡγεμονίαν. ὁ μὲν διετέθησάν γε ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀλλὰ σπασάμενοί τε τὰς μαχαίρας, καὶ τὰ σημεῖα ἀειράμενοι ᾤχοντο ὡς Κλαύδιον, κοινωνήσοντες τοῖς ὁμεύνοις ἀνδράσι. καταλείπεται δὲ ἔτι σύγκλητος ἐπ' ἐρημίας τῶν ἀμυνόντων, καὶ οἱ ὕπατοι μηδὲν ἰδιωτεύσαντες. ἔκπληξίς τε καὶ κατήφεια ἦν, οὐδὲ ὅπου χρήσαιτο αὐτοῖς τὸ ἀνθρώπειον εἰδότων ἀφ' οὗ τὸ ἀπορεῖσθαι Κλαύδιον ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλήλοις τε ἐλοιδοροῦντο, καὶ μετάμελος ἦν αὐτοῖς· ὁ Σαβῖνος, εἷς τῶν Γαΐου σφαγέων, σφάζειν ἐπεχείρει αὐτὸν πρεσβεύειν παρελθὼν εἰς μέσους, ἢ Κλαύδιον ἄρχοντα στήσεσθαι, καὶ δυσκραπάλην ἐπόψεως καταλαβοῦσαν· τόν τε Χαιρέαν εἰς φιλοψυχίαν ἐπέπληττεν, εἰ καταφρονήσας Γαΐου θεῖον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνοι τὸ ζῆν, τῆς ἐλευθερίας οὐδὲ ὅπως ἀποδοθήσεσθαι δυναμένης τῇ πατρίδι. Χαιρέας δὲ περὶ μὲν τοῦ θνήσκειν οὐδενὸς οὐδὲν φροντεῖν ἔλεγε, βουλεύεσθαι μέντοι καὶ διακωδωνίζειν ἀφέντας τὸν Κλαύδιον.

ε'. Καὶ οἱ μὲν ἐν τοιούτοις ἦσαν. ὅτι δὲ ὁ στρατόπεδον πᾶς πανταχόθεν ἀθροίζετο χάριν θεραπείας τοῦ Κλαυδίου· καὶ τῶν ὑπάτων ὁ ἕτερος Κόϊντος Πομπώνιος δι' αἰτίας ἦν ὧν στρατιωτικῷ μᾶλλον ὡς ἐπ' ἐλευθερίαν ἢ συγκλήτῳ παρακελῶν, ὥρμησάν τε σπασάμενοι τὰ ξίφη, καὶ ἐπέστρεψε αὐτοῖς, μὴ Κλαυδίου διακεκωλυκότος. ἐκείνῳ δὲ αὐτοῦ ἢ ὕπατον ἐξαρπάσας ὁ κίνδυνος· τῇ δὲ συγκλητικῇ ὁ ἦν σὺν ᾧ Κοΐντῳ ὁ μὴ ὁμοίας ἐτύγχανε τιμῆς. πρὸς δὲ καὶ πληγὰς ἔλαβον αὐτῶν, ἀναθυμουμένων τῆς πρὸς αὐτὸν ὀργῆς, Ἀπίνιος δὲ θαυμασίας ἀνηκέστου, ὃν τε κίνδυνος περὶ παίσας αὐτός. καὶ Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς, προσελθὼν τῷ Κλαυδίῳ, ἀξιοῖ τοῖς

a Ἐπαίωσεν, ἀπὸ τοῦ μέρους τῆς τοῦ λύπης ἀλγήματι παραφθείς, παχίως ἀπέψυξεν. ὁ δὲ *Voss.* & *Gall.* b Στίλπης ὁ τοῖς ἀποστόλοις τοῦ Αἰλίου *Eusebio* in *Historia Ecclesiastica*, lib. 2. cap. XII. & *Nicephoro Callisto* in *Hist. Eccl.* l. 2. c. XI. Vide *Valesium* in *Euseb.* l. 2. c. 12. c Ἀπομνημόνευμα *Voss.* d Aut dicendum duos fuisse *Theudas* cum *Grotio* (ad *Matt.* c. 24. v. 5.) *Aliisque*; aut *Theudam* illum *Josephi* esse *Theudam* de quo *Gamaliel*; atque *Josephum* circa tempora ejus errasse. *Lightfoot* in *Horis Hebr.* ad *Acta*, p. 11. Verum in *S. Literis* existimat *L. Bos* (ad *Acta*, c. 5. v. 36.) interitus *Judæ* & *Theudæ* impostorum non enarrari eo quo contigerunt temporis ordine, sed retro à proximis & novissimis temporibus progrediendo ad ulteriora tempora & antiquiora. Videsis *Valesium* ad *Euseb.* l. 2. c. XI. *Lud. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Act.* c. 5. v. 36. *Pearsonii* opera Posthuma, p. 29. & *Simonem* in *Bibl. Crit.* c. 2. sub finem. e Τὸν αὐτὸν *Euseb.* in *Hist. Eccl.* l. 2. c. XII. ὁμοῦ *Niceph.* in *Hist. Eccl.* l. 2. c. XI. f Διεσπαρμένον ἴσως π. *Gall.* & *Voss.* g Λέγων τὸν διαστασιάρχην τοῦ ἔθνους αὐτοῦ παρασκεύασειν. ὁ μὲν ἔασεν solus *Gall.* h Non intercidit ἀπροσδόκητος αὐτοῖς *Euseb.* i Πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέλε *Busb.* k Αὐτὸν ἦ *Voss.* l Ἀποτέμνουσιν αὐτοῦ τὴν κ. *Euseb.* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ *Busb.* m Vide pag. 809. v. 43. n Vide *Annot.* ad p. 809. & 821. & præterea *Fullerum* in *Miscell. S.* lib. IV. c. 16. *Turnebum* in *Adverss.* l. 27. c. 25. *Vossii* Etymolog. p. 16. *Cappellum* in *Hist. Apostol.* p. 118. *Gyraldum* in *Dialogo* XXIX. & *Thes. Crit.* tom. 2. p. 450. o Ita *Voss.* & *Epiphan.* γένει τε desunt *cæteris*. p Ἐνέμεινεν *Busb.* q Ita cum *Epiphanio*. ἐπὶ τούτοις γε καὶ *Euseb.* l. 2. c. 12. ἐπὶ τούτοις δὴ καὶ *Voss.* ἐπὶ τούτῳ δὴ ϵ *Busb.* ἐπὶ τούτοις γὰρ καὶ in *Editis Aliisque*. r Βασιλὶς *Busb.* ut supra p. 879. v. 16. s *Sc.* p. 881. v. 37. t Lib. 18. p. 792. v. 3. Γαυλανίτης dicitur. Vide *Annot.* ad locum, & *Lud. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Act.* c. 5. v. 36. u *Sc.* Lib. 18. cap. 1. x In *Græcis* corrupte Κιμηδῆ & Κιμαδί. quin & Κιμηδὶ habet *Zonar.* in *Epiphanii* libris, *remoto à pontificatu Josephi successione* &c. Vide *Seldenum* lib. 1. de *Success. in Pontif.* c. XI. y Νεδιδαίου *Busb.*

a Ἀπὸ

ἀρίκτου διάδοχος, ᾧ τελευτᾷ τὸν βίον Ἡρώδης ὁ τοῦ μεγάλου βασιλέως Ἀγρίππα ἀδελφὸς, ὀγδόῳ τοῦ Κλαυδίου Καίσαρος ἄρχοντος ἔτει, καταλιπὼν παῖδας υἱοὺς, Ἀριστόβουλον μὲν, ὃν ὑπὸ τῆς πρώτης μιᾶς γεγαμηκὼς γυναικὸς, ἐκ Βερενίκης δὲ τὰδελφῆς θυγατέρας Βερενικιανὸν καὶ Ὑρκανόν· τὴν δὲ ἀρχὴν αὐτοῦ ὁ Κλαύδιος Καῖσαρ Ἀγρίππᾳ τῷ νεωτέρῳ δίδωσι.

γ'. Στάσεως δὲ ἐμπεσούσης τῇ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, Κυμανοῦ τοῦ τῶν Ἰουδαίων τοξότου διοικοῦντος, ἐφαρήσαν ὑπὸ ταύτης πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων. καὶ τούτων οὐκ ἀφηγήσομαι τὴν αἰτίαν, διὰ τὸ ταύτην συνεῖδον. ᵇ τὸ Πάσχα προσαγορευόμενον ἑορτὴν ἐπιστάσης, καθ' ἣν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν ἄζυμα προσφέρεσθαι, πολλῆς καὶ πανταχόθεν πλήθους συναχθέντος ἐπὶ τὴν ἑορτὴν, δείσας ὁ Κύμανος μὴ νεώτερόν τι τοῦ πλήθους πράττοντος προσπέσῃ, κελεύει τῶν στρατιωτῶν μίαν τάξιν ἀναλαβοῦσαν τὰ ὅπλα ἐπὶ τῶν ἱερῶν τοῦ ἱεροῦ στοῶν ἐφίστασθαι καὶ κατασκοπεῖν τοὺς νεωτερισμοὺς, εἴ ἄρα τις γένοιτο. τοῦτο δὲ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐπίτροποι πεποιήκασιν εἰς τὰς ἑορτὰς ἑστῶτα. τετάρτη δὲ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς στρατιώτης τις ἀναπτύξας ἐπεδείκνυ τῷ πλήθει τὰ αἰδοῖα· καὶ πρὸς τοῦτο ᶜ θρασυνθέντες ὀργῇ καὶ θυμῷ ἐπ' αὐτῷ, οὐχ ἑαυτοὺς ᵈ ὕβρεως λέγοντες, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἀσεβοῦς, τινὲς δὲ τῶν θρασυτέρων τὸν Κύμανον ἐβλασφήμουν, ὑπ' αὐτοῦ τῶν στρατιωτῶν ᵉ καθίσαι λέγοντες. Κύμανος δὲ ἀκούσας, ᾧ αὐτὸς ἦν μαλακὸς ἐπιθέσθαι πρὸς τὰς βλασφημίας, παρίησι μέντοι παύσασθαι τοιούτων ὀλιγωρίας πρὸς αὐτοὺς, μηδὲ φαύσειν ὑβρίζειν τὸ ἑορτῆς. μὴ πειθόντων δὲ, μᾶλλον δὲ ἐπιτεινόντων βλασφημίαις, κελεύει ὁ στρατηγὸς ᵇ πᾶσι, παμπλήσιοι ἀναλαβόντας, ἵνα μὴ εἰς τὴν Ἀντωνίαν, φρούριον δὲ τοῦτο, καθάπερ καὶ πρόσθεν εἴπαμεν, ἐπικείμενον τῷ ἱερῷ. καταπλαγέντες δὲ τὴν στρατιὰν θορυβοῦνται ὁ πλῆθος, καὶ φοβηθὲν, φεύγειν ὥρμησεν ᵏ τὰ δ' ἐξόδων στενῶν ὄντων, διὰκεινται νομίζοντες ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ συνωθούμενοι κατὰ τὰ φυγὴν, ˡ πολλοὺς ὑπ' ἀλλήλων ἐν τοῖς στενοῖς θλιβομένους διέφθειρον. ᵐ δύο γὰρ μυριάδες ἐξηριθμήθησαν τῶν κατὰ τὰ φάσιν ἐκείνην φθαρέντων. πένθος δὲ ἦν ὅλοις αὐτὶ τῆς ἑορτῆς, καὶ πάντες, ἐκλελοιπότες τὰς εὐχὰς καὶ τὰ θυσιῶν, ὅτι θρήνους καὶ κλαυθμοὺς ἐξέπεσον. ⁿ τοιαῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος στρατιώτου πάθη γενέσθαι παρεσκεύασεν.

δ'. Οὕτω δὲ αὐτοῖς ᵒ τὸ πρῶτον πένθος ἐπέπαυτο, καὶ κακοὶ ἄλλο ᵖ προσέπιπτεν· τῶν γὰρ ἐφεστώτων ὅτι νεωτερισμῷ τινες, κατὰ τὴν δημοσίαν ὁδὸν ὡς ἑκατὸν σταδίων ἄπωθεν τῆς πόλεως, ᵍ Στέφανον Καίσαρος δοῦλον ὁδοιπορήσαντα λῃσάμενοι, ἅπασαν αὐτοῦ τὴν κτῆσιν διαρπάζουσιν. ἀκούσας δὲ ὁ πρωτεύων ὁ Κύμανος, εὐθὺς πέμπει στρατιώτας, κελεύσας αὐτοῖς τὰς πλησίον ʳ κώμας ἀφαρπάσαι, τοὺς δὲ ὑπηρετήσαντας αὐτοῖς ˢ δῆσαι καὶ ἐπ' αὐτὸν ᵗ ἄγειν.

niebat Cumanus, & Herodes, Agrippæ Magni regis frater, à vita diſceſſit, anno Claudii imperii octavo, tribus filiis relictis, Ariſtobulo quidem, quem ex prima uxore *Mariamne* ſuſceperat, Bereniciano vero & Hyrcano ex Berenice fratris filia: ejuſque principatum Claudius Cæſar in juniorem Agrippam confert. *Cumanus procurator.* *Herodes Agrippæ M. frater moritur.*

3. Cum autem in Hieroſolymitarum civitate conflaretur ſeditio, Cumano res Judææ adminiſtrante, ea Judæorum multis exitio erat. Sed primum mihi explicanda eſt cauſa, cur iſta acciderint. Cum inſtaret feſtum quod Paſcha appellatur, quo nobis mos eſt panibus non fermentatis veſci, & magna vis hominum undique ad hanc celebritatem conveniſſet, veritus Cumanus, ne quid novi ab eis moveretur, juſſit militum cohortem unam ſumptis armis ſtare ad templi porticus, ut ſedarent tumultum ſi quis exoriretur. id quod feſtorum ſolennitate facere conſueverunt & alii ante eum Judææ procuratores. Quarta vero feſtivitatis die miles quidam oſtendit populo nudata genitalia. ad quod *ſpectaculum* cum oculos advertiſſent, *graviter* ſuccenſebant & iraſcebantur; non ſe contumelia affici vociferantes, ſed Deum nefarie dedecorari. & quidam fortius animati in Cumanum jactabant convicia, dicentes, militem *petulantem* ab eo fuiſſe ſummiſſum. Cumanus autem, cum iſta audiſſet, & ipſe non mediocriter eorum maledictis irritatus eſt; attamen eos rogabat ut res novas moliendi cupiditatem reprimerent, nec feſti tempore ſeditionem concitarent. cumque illis non perſuaderet (magis enim eum conviciis urgebant) jubet omnem exercitum ſumptis armis in Antoniam convenire, caſtellam ut ſupra diximus templo imminens. Multitudo autem, ad militum ubi advenerant, conſpectum, metu perculſa, in fugam propere ſe conjicit: cumque anguſti eſſent viarum exitus, rati à tergo hoſtem inſequi, contruſique inter fugiendum, multi mutua compreſſione interibant. Viginti itaque millia exſtinctorum in illo tumultu numerata ſunt: atque in luctum deinceps verſa erat feſtivitas, adeo ut omnes, ſacrificiorum & orationum obliti, lamentationi & ejulatibus ſe dederint. tantas quidem calamitates *Judæis* intulit unius militis petulantia. *Ei ſuccedit Agrippa junior.* *Multi Judæorum pereunt.*

IV. *Paſchæ feſtum.* *Miles ſeditionem concitat.*

4. At nondum primus hic luctus deſierat, cum aliud ingruebat malum. Quidam enim eorum * qui rebus novandis ſtudebant, in publica via centeſimo ab urbe ſtadio, Stephanum Cæſaris ſervum iter facientem latronum more aggreſſi, omnia quæ ſecum habuit ei eripiunt. Quod ubi factum audivit Cumanus, confeſtim eò miſit milites, juſſos ut vicos *loco* propinquos diriperent, & ex illis nobiliſſimos quoſque in vinculis ad ſe adducerent. Cum *Stephanus Cæſaris ſervus pecuniis multatur.* *Quam ob rem vicos diripi jubet Cumanus.*

a Ἀπὸ τοῦ Busb. b Τῶν Πάσχα γὰρ καλουμένης Busb. & mox πολλῆς παντοθὲν πληθύος συναχθείσης, dein μὴ τοῖς νεωτερισμοῖς τι παρὰ τ. c Τῶν βλασφήμων Busb. d Ὑβρεῖς Busb. e Καθίσαι Busb. & Gall. f Ἐρίζης Vat. g Καὶ παροξυθὲς. μὴ π. Busb. h Illud πᾶσι è Codd. MSS. i Τὸ τῷ ἱερῷ ὄρθιον ἐπικείμενον Busb. & Zonar. cæteris omiſſis. k Τῶν δὲ ἐξόδων Vat. ᾧ δ' ἐξόδων στενῶν ὄντων è τῶν ὑφίων Gall. l Ita lego cum Cod. Busb. συνωθούμενοι κατὰ τὴν φυγὴν, πολλοὶ ὑπ' ἀλλήλων συνθλιβόμενοι & συμπατούμενοι διεφθείροντο Zonar. πολλοὺς ἀλλήλων τοῖς στενοῖς θλιβόμενοι διέφθειρον in Editis Aliiſque. m Δύο δὲ μυριάδες ἠριθμήθησαν Busb. ὑπὲρ τὰς μυρίας in lib. 2. de Bello Jud. ὑπὲρ πεντακισμυρίους in ſuo Codice habuiſſe videtur Rufinus. eundem numerum Euſebio (tum in Chronico tum in Eccl. Hiſt.) & Oroſio retinentibus. n Ita Busb. & Epiphan. τοιαῦτα & mox πάθημα in Editis Aliiſque. o Πένθος τοῦτο μὲν ὁ θεὸς ἐποί. Busb. p Τῷ αὐτοκράτορι προσεπιπίπτει ſolus Busb. q Στεφάνου τινὸς τοῦ Κ. Busb. & Zonar. atque ita in lib. 2. de Bello Jud. r Κώμας Busb. & Zonar. ſ Ita Busb. δήσαντας in Editis Aliiſque. δεσμεῖν Zonar. t Ἀγαγεῖν Busb. & Zonar. * Qui ex illa turba fugientes evaſerant, Epiphan. & Gelen. τινὲς γὰρ τῶν νεωτερισμοῖς ἡδομένων in Zonara.

*Miles legis Moysaïcæ libros discerpit.*

Cum autem fieret vastatio, miles quidam, leges Moysaïcas, in vico quodam repositas nactus, omnium in conspectu eas discerpsit, additis conviciis multisque ludibriis. Judæi autem, istis auditis factoque magno concursu, Cæsaream descenderunt, (illic enim agebat Cumanus) supplicantes, ut non ipsos, sed Deum, cujus leges indigne habitæ erant, vindicatum iret. sibi enim non ferendam esse vitam, patriis legibus tot contumeliis oneratis. Tum Cumanus, veritus ne multitudo denuo res novas moliretur, de amicorum consilio militem, qui legibus contumeliam fecerat, securi percussit; atque ita tumultum sedavit, cum in eo esset ut iterum accenderetur.

*Idem securi percussus.*

ᵃ Τῆς δὲ πεζῆτος τὸ χωρίον ὑπὸ τὸ πεμφθέντος φρατιωτῶν γεωμένης, ἀπώδαλός τις ἐξ αὐτῶν παιᾶς τὰς Μ. ΐν τινι κ. λ. σύσσημίας κειμένας Busb. atque ex eodem forsan codice Zonar. qui habet, τῆς ὑ τὸ χωρίον ἐκείνου πορθήσεως γεωμένης, παιᾶς τὶς τῶ φρατιωτῶν θεσσοὺς ἢ ἀπώδαλῶ, ταῖς Μωϋσέως ἐντολῶν κάμας ἐκ τοῦ κάμου σύσσημίας κειμένας. b Ἀναβὰς δίοχετο Busb. c Καὶ ἀκεραῖος καθολικῶν post κατακεκαυμένων addunt Busb. & Gall. d Ἐντυχὼν ὁ Busb. e Ἰκετεύοντες ἐ σφόδρα ἐλεεῖν αὐτοὺς Gall. f In Cod. Busb. τὸ πεζὸν ἐ δημόσιον. forsan pro δημόσιον g Ita distinxi. antea erat, χάριν, ἢ τότε &c. Vide Luc. c. 17. v. 11. & Joan. c. 4. v. 4. h Sic Busb. καθόδον in reliquis. i Ita (pro τὸ Nais Editorum Aliorumque) rescripsi ex lib. 2. de Bello Jud. ubi idem locus describitur hisce verbis, ἐ Σαμαρείαν ἀρχομένη μὲν τὸ ἐκ τοῦ Μεγάλου πεδίου κωμῶν Γινάων ὄνομα κεῖται &c. & ab hac lectione non longe discedit Γινῶν Codd. Busb. & Gall. & Γινὶς Epiphan. k Illa τὸ ἐν μεθορίοις κωμῶν suppleri ex Cod. Busb. & τὸ pro δὲ ex eodem post Σαμαρείας rescripsi. Mecum sane facit Epiphanius, qui locum vertit ad hunc modum, *Dum ergo aliquando isti haberent per vicum nomine Ginæa, inter Samariam & campum maximum conflictum.* Vide Gratium ad Luc. c. 7. v. XI. l Τῶν ἀδίκως ἀναιρεθέντων τὸ φῶτ Busb. m Χρήμασι πολλοῖς ἀναπεφλεγμένοις τῶν τὸ Σαμαρίτων κρείττονας μᾶλλον πεισθεὶς, τὴν ἐκδίκησιν ἀλισκόμενον Busb. n Ἐφ' ὅπλα ἐ φῶτ ἐ φῶτ χωρίον Busb. o Αὐτὸς, ἢ συτάξας τοῖς παρεῖναι πορευόμενον Busb. & Gall. p Εἰσαγαγὼν Busb. q Supra ἴλιδι. r Σαμαρεῖς Busb. s Ita Busb. χῶτ in Editis Aliisque. t Sic Gall. Zonar. & Epiphan. ἰφεσῶτας in Editis Aliisque. u Comma post ἡμέρας sustuli. verum ἡμέρας legisse videtur Epiphan.

## V. CAP. V.

## ΚΕΦ. ε'.

*Quamodo seditio in Judæos invasit & Samaritas: & quo pacto litem dirimit Claudius.*

Ως τάχιστα ἐνέπεσον Ἰουδαίοις ἐ Σαμαρεῖται· ἢ ὡς Κλαύδιος τὰς ἀμφισβήτησιν διέλυσε.

*Dissidium inter Samaritas & Judæos.*

POrro inter Samaritas & Judæos ortæ sunt inimicitiæ hujusmodi de causa. Mos erat Galilæis, in diebus festis Hierosolyma euntibus, per regionem Samariæ iter facere. Atque tum ipsis, cum in itinere essent, quidam è vico, cui nomen Ginæa, (quæ sita est in confiniis Samariæ & Magni campi) prælio congressi, multos eorum perimunt. Primores autem Galilæorum, ubi facinus audiverant, Cumanum adibant, ipsumque rogabant ut occisorum necem ulciscereturⁱ. Ille vero, à Samaritis data pecunia persuasus, eorum nullam rationem habuit. Tunc Galilæi, hac de re indignati,

*Judæi à Galileis ad arma conciti contra Samaritas.*

Judæorum multitudinem ad arma conciverunt, & ad libertatem suam defendendam. Servitutem enim etiam ex se quidem acerbam esse dicebant; cum Injuriis vero conjunctam, omnino intolerabilem. Cum autem magistratus lenire eos & compescere conarentur, polliceranturque se Cumano persuasuros, ut pœnas de cædis auctoribus sumeret, illis quidem non auscultabant, sed armis correptis, & in auxilium

*Eleazarus latro.*

advocato Eleazaro Dinæi filio, (ille enim erat latro qui multis jam annis in montibus degerat) vicos aliquot Samaritarum diripiunt & incendunt. Cumanus autem, ubi ad eum fama rei pervenerat, assumpta Sebastenorum ala cum quatuor peditum cohortibus, armatisque etiam

*Cumanus contra Judæos profectus magnam eorum stragem edit.*

Samaritis, contra Judæos proficiscitur; eosque assequutus, multos quidem illorum perimit, plurimos autem vivos cepit. Tum vero Hierosolymitarum primi genere pariter ac honore, ut viderunt ad quam calamitatum magnitudinem ventum erat, saccos induti, capitibusque cinere repletis, modis omnibus seditiosos obsecrabant & hortabantur, ut, ob oculos positis patria diruenda & templo flammis

Γίνεται δὲ καὶ Σαμαρείταις τοῖς Ἰουδαίοις ἔχθρα, δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἔθος ἦν τοῖς Γαλιλαίοις ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν πορεύεσθαι, ὁδὸν διὰ τῆς Σαμαρίων χώρας. ἐν τόπῳ δ' ὄνομα αὐτῷ κώμη Γινάαι λεγομένη, ἐν μεθορίοις κειμένη Σαμαρείας τε καὶ τοῦ Μεγάλου πεδίου, πρὸς συμβολαῖς μάχην, πολλοὺς αὐτῶν ἀναιροῦσι. πυθόμενοι δὲ τὰ γεγενημένα οἱ πρῶτοι τῶν Γαλιλαίων παρῆσαν πρὸς Κούμανον ἀφικόμενοι, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν μετελθεῖν τὴν ἀπιμωρίαν τῶν φονέων. ὁ δὲ, χρήμασι πεισθεὶς ὑπὸ τῶν Σαμαρέων, ἀλυσιτέλησεν. ἀγανακτήσαντες δὲ ἐπὶ τούτῳ Γαλιλαῖοι, ὅ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐκίνουν ὑπὲρ ὅπλα χωρῆσαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀναλαβέσθαι. ἐλεάζαρος δέ τις κατ' αὐτοὺς ἦν λῃστὴς, καὶ τῶν ὀρῶν ἐπῆρχεν· οὗτος ἐπὶ πολλὰ ἔτη διατρίβων εἰς ὄρη πεπαιμένος κώμας τινὰς τῶν Σαμαρέων ἐμπρήσαντες διαπαίζουσι. Κούμανος δὲ, τὸν πρόξενον εἰς αὐτὸν ἀφικόμενον, ἀναλαβὼν τὴν τῶν Σεβαστηνῶν ἴλην, καὶ πεζῶν τέσσαρα τάγματα, τούς τε Σαμαρείτας καθοπλίσας, ἐξῆλθε· καὶ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ συλλαβὼν πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, πλείους δὲ ζωγρίας ἔλαβεν. οἱ δὲ πρῶτοι καὶ τιμὴν καὶ γένος τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, ὡς εἶδον εἰς οἵαν κακῶν μέγεθος ἥκουσι, μετενδυσάμενοι σάκκους, καὶ σποδῷ τὰς κεφαλὰς ἀναπλήσαντες, παντοίως τοὺς ἀφεστῶτας παρεκάλουν καὶ παῖζοντες πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμέρας κλαυσαφησομένη μὲν αὐτοῖς τὴν πατρίδα, ὃ δὲ ἱερὸν

ᵏ Ἐν μεθορίοις κειμένη Σαμαρείας τε καὶ τοῦ Μεγάλου πεδίου κωμῶν Γινάαι ὄνομα κεῖται &c. Ant. l. 20. c. 6. ˙ Ἐν μεθορίοις κειμένη Σαμαρείας τε καὶ τοῦ Μεγάλου πεδίου κωμῶν Γινάαι ὄνομα κεῖται &c. Bell. l. 2. c. 12

ἱερὸν πυρπολησόμενον, αὐτῷ δὲ ᾧ γυναιξὶ σὺν τέκνοις ἀνδραποδισμὸν ἐσομένης, μεταβάλλῃ τὸ λογισμοὶ, καὶ ὅπλα ῥίψαντας ἡσυχῇ εἰς ὃ λοιπὸν, ἀποχωρήσαντας εἰς τὰ αὐτῶν. ταῦτα δὲ εἰπόντες, ἔπεισε καὶ οἱ μὲ διελύθησαν, οἱ λῃσαὶ δὲ πάλιν τὰς [a]ἐχυρὰς τόπους πάλιν ἀπῆλθον. [b]ἐξ ἐκείνου δὲ ἡ σύμπασα Ιουδαία λῃστηρίων [c]ἐπλήσθη.

β'. Σαμαρέων δὲ οἱ πρῶτοι, πρὸς [d]Οὐμμίδιον Κυαδράτον τῆς Συρίας προεστηκότα, καὶ ἅμα καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὃς Τύρῳ τυγχάνοντι, προσιόντες ἐδημηγόρουν τῶν Ιουδαίων, ὡς τὰς κώμας αὐτῶν ἐμπρήσειαν καὶ διαρπάσειαν. καὶ, "οὐ μὲ ὅτι αὐτοὶ πεπόνθασιν, οὐχ "ὕβρεως ἀγανακτοῦντες, ἔφασκον, ὡς ὅτι Ρωμαίων καταφρονήσειαν, ἐφ' οἷς κρινοῦσι αὐτοὺς ἔνοχ' [e]ἐλθεῖν ἔδει προσῆκεν αὐτοὺς ἐνοχ' [e]ἐλθεῖν προσῆκεν "κῦτο προσιέσθαι, [f]ἢ κεῖ, ὡς οὐχ ἑκόντων ἡγεμόνας Ρωμαίων, καταδραμεῖν. ἥκειν οὖν ἐπ' αὐτοὺς ἐκ- "δικίας τυξόμενοι." Ταῦτα μὲν οὖν οἱ Σαμαρεῖς κατηγόρουν. Ιουδαῖοι δὲ καὶ τῆς ῥάστωνης καὶ τῆς μάχης αἰτίους γεγονέναι Σαμαρεῖς ἔφασαν, πρὸς πάντων δὲ Κύμανον δώροις ἐπ' αὐτῷ φθαρέντα, καὶ συγκατασκευάσαντα τῶν ἀπηρημένων φόνον. καὶ Κουαδράτος ἀκούσας ὑπερβάλλεται τῷ κρίσει, εἰπὼν [g]ὑπαναβαλεῖσθαι ἐκεῖσε εἰς τὴν Ιουδαίαν παραγενόμενος ἀκριβέστερον ἐπιγνώσεσθαι τὸ ἀληθὲς. καὶ οἱ μὲν ἀπῆσαν ἄπρακτοι. μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον ὁ Κουαδράτος ἦκεν εἰς Σαμάρειαν, ἔνθα [h]ἀκούσας αὐτῶν τῆς στάσεως ὑπέλαβε γεγονέναι Σαμαρεῖς. ὡς δὲ καὶ [i]Ιουδαίων τινὰς νεωτερίσαντας ἔμαθεν, ἀνεσταύρωσεν οὓς Κύμανος ἔλαβεν αἰχμαλώτους. κἀκεῖθεν εἰς κώμην τὴν [k]Λύδδαν λεγομένην, πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσαν, καθίσας ἐπὶ βήματος καὶ δεύτερον τῶν Σαμαρέων ἀκούσας, διδάσκεται παρά τινος Σαμαρέως, ὅτι τῶν Ιουδαίων τὸν πρῶτον, ὄνομα [l]Δόρτου, καὶ τινας σὺν αὐτῷ νεωτερίσαι, πέντε μὲν ἀριθμὸν, πείσειαν δὲ ὄχλον ἐπὶ τῇ Ρωμαίων ἀποστάσει. κἀκείνους μὲν ὁ Κουαδράτος ἀνελεῖν προσέταξεν· τὸν δὲ πρὸς Ανανίαν τὸν ἀρχιερέα, καὶ τὸν [m]στρατηγὸν Ανανον δήσας, εἰς Ρώμην ἀπέπεμψε, πρὸς τῶν πεπραγμένων λόγον ὑφέξοντας Κλαυδίῳ Καίσαρι. κελεύει δὲ καὶ τοῖς τῶν Σαμαρέων πρώτοις, καὶ τοῖς Ιουδαίων, [n]Κυμάνῳ τῷ ἐπιτρόπῳ, ᾧ Κέλερ, χιλίαρχος [o]δ' ἦν οὗτος, [p]ἐπ' Ιταλίας ἀπεῖναι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, κριθησομένους [q]ἐπ' αὐτοῦ περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους ζητήσεων. αὐτὸς δὲ, δείσας μὴ ὁ πλοῦτος τῶν Ιουδαίων [r]πάλιν νεωτερίσῃ, εἰς τὴν τῶν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν ἀφικνεῖται· κα-

vaſtando & ipſis cum uxoribus & liberis in ſervitutem deducendis, conſilium mutarent, & abjectis armis quieſcerent in poſterum, & ſuas quiſque domos repeterent. Cum autem iſta dixiſſent, eos flexerunt. atque illi quidem ſeſe diſperſerunt, latrones vero ad loca munita iterum reverſi ſunt. Atque ex eo tempore Judæa omnis latrociniis infeſtata erat. *Judæa latrociniis vexata.*

2. At Samaritarum primates Ummidium Quadratum Syriæ præſidem, tunc Tyri degentem, adibant, & Judæos accuſabant; quod vicos eorum diripuerint ac incenderint. &, "non tam ſe ægre ferre propriam injuriam, "dicebant, quam quod Romanos contempſe- "rint, ad quos judices, ſi quid damni acce- "piſſent, oporteret eos potius provocare, quam "nunc, quaſi à Romanis imperio non rege- "rentur, incurſiones facere. quamobrem ad "ipſum ſe venire, *ab eo* hoc demum impetra- "turos ut vindicarentur." Et quidem hujuſmodi accuſationem inſtituebant Samaritani. Judæi vero & ſeditionis & pugnæ auctores Samaritas exſtitiſſe ajebant, & ante omnia Cumanum ab illis muneribus corruptum, adeoque interfectorum cædem occultaſſe & diſſimulaſſe. Et Quadratus, cum iſta audiviſſet, judicium diſtulit, dicens ſe *ea de re* pronunciaturum eſſe, poſtquam in Judæam venerit, & veritatem accurate magis perſpectam habuerit. Et illi quidem re infecta diſceſſerunt. Non multo autem poſt Quadratus Samariam venit, ubi omnibus auditis, in ea erat ſententia ut Samaritanos turbarum auctores fuiſſe exiſtimaret. Quamprimum vero Judæos quoſdam res novas molitos eſſe intellexit, captos à Cumano in cruces egit. Atque inde præfectus in vicum cui nomen Lydda, civitati magnitudine non cedentem, cum pro tribunali ſedifſet iterumque Samaritanorum cauſam audiſſet, à Samarita quodam edoctus eſt, certum Judæorum primatem nomine Dortum, nonnullosque cum eo novis rebus ſtudentes, quatuor numero, populum, ut à Romanis deficerent, ſollicitaſſe. Et illos quidem Quadratus occidi imperavit: Ananiam vero pontificem & Ananum *templi* prætorem vinctos Romam miſit, factorum rationem Claudio Cæſari reddituros. Porroque Samaritarum & Judæorum primores, & Cumanum procuratorem, & Celerem (is autem tribunus erat) jubet in Italiam ad imperatorem diſcedere, illius judicio ſiſtendos de iis quæ inter ſe haberent controverſiis. At ipſe, veritus ne novi aliquid moliretur populus Judaïcus, in Hieroſolymitarum urbem ſe confert; ipſamque pacatam depre-

*Samaritæ apud Ummidium Quadratum Judæos accuſant.*

*Judæi accuſationem diluunt.*

*Samaritas ſeditionis reos pronunciat Quadratus.*

*Dortus aliique ſupplicio affecti.*

*Ananias & Ananus, Cumanus & Celer cum aliis Romam miſſi.*

a Οχυρὰς *Busb.* b Ἐξ ἐκείνου τοι ὁ σ. *Busb.* c Ἐπλησθὴ *Busb.* d Ita lego (fruſtrà pro *Numidio* contendente *Ryckio* ad *Taciti*, p. 176.) auctoritate *Vett. Inſcriptionum*, quas affert Cl. *Noriſius* in *Diſſ.* III. *de Epochis Syro-Macedonum*, p. 183. *Ed. Lipſ.* antea erat Νομιδίου. Videſis *Salmaſium* ad *Aug. Hiſt. Scriptores*, p. 42. *Reineſium* in *Ep.* XXI. & *Pagium* in *Critica* ad *Annales Baronii* p. 37. e Sic *Busb.* ἰδίων in *ceteris*. f Νῦν ᾗ ὡς *Busb.* & *Epiphan.* Vulgatam tamen lectionem ſervavi, ut quæ bene ferri poſſit, voce μᾶλλον ſubintellecta. g Ita cum *Cod. Busb.* ἀναβαλεῖσθαι in *Editis Aliiſque*. h Δὲ ἀκούσας *Busb.* Ἀκούσας οὖν τ. τ. ὑπέλαβε γεγονέναι Σαμαρέων ᾗ τὴ Ιουδαίων ὕς τινας νεωτ. *Vat.* in *Epiphanii* verſione, *ubi auctores ſeditionis audiens, & quoſdam Samaritanorum ac Judæorum indiſciplinatos inveniens* &c. Forſan legendum ὑπέλαβε γεγονέναι Σαμαρεῖς. Σαμαρέων δὲ τὴ Ιουδαίων &c. ut in *Cod. Vat.* i Ιουδαίους *Busb.* k Ita lego cum *Cod. Busb.* aſſentiente *Epiphanii* verſione. in *Editis Aliiſque* Λύδδαν, ſine λεγομένην. Videſis *Relandum* in *Paleſtina S.* p. 878. & *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 3. l Ita in *Ed. Baſ.* & pleriſque *MSS.* nec aliter in *Epiphanii* libris. Δόντος in *Ed. Gen.* Δάϊτος *Busb.* m Vide *Beſſonum* in *Cuſticum Constitorum*, p. 315. & *Grotium* ad *Matt.* c. 26. v. 45. n Κυμάνῳ τῷ ἐπιτροπῷ. *Busb.* & *Vat.* o Ita cum *Busb.* δὲ deerat *reliquis*. p In *Editis* & *MSS.* ἐπ' ἐξ βίας, non adeo, ut mihi videtur, recte. in lib. 2. de *Bello Jud.* ubi eadem res narratur, πεμφθεὶς ᾗ ὑπὸ Κυμανοῦ τοῦ χιλιάρχου ἐπὶ Ρώμης πολῖν. unde, cum Cl. *Lowthio*, ἐπ' Ἰταλίας reſcripſi. Aliud quiddam in ſuo codice habuiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *juſſitque Cumano & Celeri tribuno, & violentiarum inhibitori, ut ad imperatorem pergerent.* q Ἐπ' αὐτοῦ *Busb.* r Illud πάλιν è *Cod. Busb.* & *Epiphan.*

deprehendit *& tranquillam*, feſtumque patrium Deo *conſecratum* agentem. Credidit itaque nihil ab iis novatum iri, illiſque in feſtivitate relictis Antiochiam ſe recepit.

*Magna contentio Romæ inter Judæos & Samaritas.*

3. Cumanus autem & Samaritanorum primores, Romam miſſi, diem ab imperatore ſibi conſtitutum accipiunt, quo cauſam acturi eſſent de rebus inter ſe controverſis. Summoque ſtudio pro Cumano & Samaritis contendebant Cæſaris liberti & amici: & Judæos ſane viciſſent, niſi Agrippa junior, qui eo tempore Romæ erat, cum intelligeret Hieroſolymitarum proceres non mediocriter laborare, multis precibus imploraſſet Agrippinam imperatoris uxorem, ut marito perſuaderet, ubi cauſam cognoſceret, à defectionis auctoribus convenienter ſuæ juſtitiæ pœnas exigere. Claudius igitur his precibus in anteceſſum inſtructus & paratus, quæque dicerent utrinque auditis, ut comperit Samaritas malorum duces auctoreſque exſtitiſſe, eos quidem qui ad ipſum aſcenderant occidi juſſit, Cumanum vero in exſilium egit, atque Celerem tribunum Hieroſolyma duci præcepit, & omnium in conſpectu per totam urbem trahi adeoque enecari.

*Agrippa ab Agrippina precibus obtinet, ut Claudius æquo animo Judæos audiret.*

*Cumanus in exſilium pulſus.*

*Celer morte punitur.*

Καλαμβάτῃ δὲ αὐτὴν εἰρηνευομένην, καὶ [a] πάτριον ἑορτὴν τῷ Θεῷ τελοῦσι. πεισθεὶς δὲ μηδένα νεωτερισμὸν παρ' αὐτῶν [b] γενήσεσθαι, καταλιπὼν ἑορτάζοντας [c] ὑπέστρεφεν εἰς Ἀντιόχειαν.

γ'. Οἱ δὲ Κύμανον δὲ καὶ τοὺς πρώτους τῶν Σαμαρέων, ἀναπεμφθέντες εἰς Ῥώμην, λαμβάνουσι πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος ἡμέραν, καθ' ἣν δεῖ τῶν πρὸς ἀλλήλους ἐγκλημάτων λέγειν ἔμελλον. σπουδῇ δὲ μεγίστῃ τῷ Κυμάνῳ καὶ τοῖς Σαμαρεῦσιν ἦν, πρὸς τῆς Καίσαρος ἀπειλοῦσθαι καὶ φίλων. καὶ [d] προσγένοντο τῇ Ἰουδαίων, εἰ μὴ πρὸ Ἀγρίππας ὁ νεώτερος, ὢν τῇ Ῥώμῃ τυγχάνων, καταπαπτοδομένους ἰδὼν τοὺς τῶν Ἰουδαίων πρώτους, ἐδεήθη πολλὰ τῆς αὐτοκράτορος γυναικὸς Ἀγριππίνης, πεῖσαι τὸν ἄνδρα, δικάσαντα πρέπόντως τῇ αὐτοῦ δικαιοσύνῃ, τιμωρήσασθαι τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως. καὶ Κλαύδιος τῇ δήσει ταύτῃ προειλημμένος, καὶ ἀληθεύσας, ὡς εὗρε τῶν κακῶν ἀρχηγοὺς τοὺς Σαμαρεῖς γενομένους, τοὺς μὲ ἀναβάντας πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι, τῷ Κυμάνῳ δὲ φυλὴν ἐπίβαλε, Κέλερα δὲ τὸν χιλίαρχον ἐκέλευσεν ἄγοντας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, πάντων ὁρώντων ὅλῃ τὴν πόλιν πᾶσαν συρεῖλαι, ὅπως ἀποκτείνας.

## CAP. VI.

## ΚΕΦ. ς'.

*Felix Judææ procurator. De Agrippa junior, ejuſque filiabus.*

φήλικος Ἰουδαίας ἐπίτροπος. περὶ Ἀγρίππα τοῦ νεωτέρου καὶ τῶν αὐτοῦ θυγατέρων.

*Felix Judææ procurator.*

CLaudius deinde miſit Felicem Pallantis fratrem, ut rebus in Judæa præeſſet. atque, imperii ſui anno duodecimo completo, Agrippam donavit Philippi tetrarchia & Batanæa, eique in auctarium dedit Trachonitidem una cum Abila, (iſta autem fuerat Lyſaniæ tetrarchia) Chalcidem vero ei abſtulit, cum dynaſtiam illam tenuiſſet quadriennio. Agrippa autem, iſtis muneribus à Cæſare auctus, Azizo Emeſorum regi, cum circumcidi annuiſſet, Druſillam ſororem in matrimonium collocavit. nam Epiphanes Antiochi regis filius ejus nuptias recuſaverat, ut qui Judæorum religionem ſua relicta amplecti noluerit, licet ita ſe facturum eſſe puellæ patri olim promiſerat. Porroque Mariamnen nuptui dedit Archelao Helciæ filio, cui jam ante ab Agrippa patre deſponſata fuerat; illiſque nata eſt filia Berenice nomine.

*Claudii in Agrippam munificentia.*

*Druſilla nupta Azizo.*

*Mariamne Archelao.*

ΠΕμπτει δὲ καὶ [e] Κλαύδιος Φήλικα [g] Πάλλαντος ἀδελφὸν τοῦ κτ τὴν Ἰουδαίαν προσηκόμενον πραγμάτων. τὸ δὲ ἀρχῆς [h] δωδέκατον ἔτος ἤδη πεπληρωκὼς, δωρεῖται τὴν Ἀγρίππαν τῇ Φιλίππου τετραρχίᾳ, καὶ Βαταναίᾳ, προσθεὶς αὐτῷ [i] τὴν Τραχωνίτιν σὺν [k] Ἀβίλᾳ. [l] Λυσανία δὲ αὖτη ἐγγόνει τετραρχία. τὴν Χαλκίδα δ' αὐτὸν ἀφαιρεῖται, δυναστεύσαντα ταύτης ἔτη τέσσαρα. λαβὼν δὲ τὴν δωρεὰν παρὰ τοῦ Καίσαρος Ἀγρίππας, ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ἀζίζῳ τῷ Ἐμεσῶν βασιλεῖ, περιτέμνεσθαι θελήσαντι, Δρούσιλλαν τὴν ἀδελφήν. Ἐπιφανὴς γὰρ ὁ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως παῖς παρητήσατο τὸν γάμον, μὴ βουληθεὶς εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη [m] μεταβαλεῖν, καίπερ τοῦτο ποιήσειν προϋπομένος αὐτῆς τῷ πατρί. καὶ Μαριάμμην δὲ ἐξέδωκεν Ἀρχελάῳ τῷ Ἑλκίου παιδὶ, πρότερον ὑπὸ Ἀγρίππα τοῦ πατρὸς ἁρμοσθεῖσ' αὐτῷ· καὶ ἦν θυγάτηρ [n] αὐτοῖς ὄνομα Βερνίκη.

*Felix nititur Druſillam à marito abducere.*

2. Non multo autem poſt connubium Druſillæ Azizique diſſolutum eſt, hujuſmodi de cauſa. Felix, quo tempore procurator erat Judææ, cum *forte* Druſillam conſpexiſſet, (namque omnes pulchritudine excellebat) mulieris deſiderio tenebatur; & ex amicis ſuis Judæum, nomine Simonem, genere Cyprium, qui ſe ma-

Β'. Διαλύονται δὲ τῇ Δρουσίλλῃ πρὸς τὸν Ἀζίζον οἱ γάμοι, μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τοιαύτης ἐμπεσούσης αἰτίας. καθ' ὃν χρόνον τὴν Ἰουδαίας ἐπετρόπευσε Φῆλιξ, θεασάμενος ταύτην, καὶ γὰρ ἦν κάλλει πασῶν διαφέρουσα, λαμβάνει τὴν γυναικὸς ἐπιθυμίαν, καὶ ὁ Σίμωνα ὀνόματι, τῶν ἑαυτοῦ φίλων, [p] Ἰουδαῖον, Κύπριον δὲ γένος, μάγον τὴν ἐπι-

σκηπτό-

[a] Τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν in lib. 2. *de Bello Jud.* [b] Γενήσεσθαι ſolus *Busb.* [c] Ὑπέστρεφεν *Busb.* [d] Ita *Busb.* & *Gall.* προσγένοντο in *Editis Aliiſque.* [e] Sic lego cum *Busb.* & *Vat.* Ἀγρίππαν in *Editis Aliiſque* tam *Latinis* quam *Græcis.* [f] Ita *Busb.* & *Epiphan.* Κλαύδιον in *cæteris.* [g] Ita in *Joſephi* libris plerisque & *Auctoribus Lat.* Πάλλαντος *Busb.* & *Dioni Caſſio.* [h] Δίκαιον juxta *Epiphanii* libros. [i] Tetrarchia Philippi his conſtituebatur & conſtabat regionibus, Trachonitide, Batanæa, Auranitide, Gaulanitide, Paneade, atque illa quæ eſt τῆς Ἰαμνίας Galilææ parte: itaque nihil opus erat memorare Batanæam aut Trachonitidem. reſcribo, δωρεῖται τὴν Ἀγρίππαν τῇ Φιλίππου τετραρχίᾳ, προσθεὶς αὐτῷ τὴν Τραχωνίτιν σὺν Ἀβίλᾳ. Petitus in *Animadv. ἐπιλύτων* Tom. 3. p. 241. [k] Ita ſcribo pro Ἀβίνᾳ in *Editis Aliiſque.* Ἄβιλα *Busb.* Supra quidem (p 864. v. 48.) Ἄβιλα pluraliter. Sed vocabulum eſſe numeri utriuſque notavit Cl. *Cellarius* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 12. p. 269. Videſis *Berkelium* ad *Stephanum* v. Ἄβιλα, & *Relandum* in *Paleſtina* S. p. 525. [l] Λυσανίου δ' αὐτὴ ἐγγόνει *Busb.* [m] Ita *Busb.* & *Gall.* μεταλαβεῖν in *cæteris.* [n] Iterum cum *Busb.* nec aliter legiſſe videtur *Epiphan.* αὐτῆς in *Editis.* [o] Forte eſt Simon ille Magus de quo *Act.* 8. 9. non diverſum eſſe contendit *Sam. Baſnagius* in *Exercitt. Hiſt. Crit.* contra *Baronium*, ad ann. XXXV. n. XX. [p] Ita *Busb.* & *Epiphan.* Ἰουδαῖον in *Editis Aliiſque.*

α Πέμπτῃ

σκηπτόμενοι, [a] πέμπων τοὺς αὐτὸν, ἔπειθε τὸν ἄνδρα καταλιπόντ᾽ αὐτὴν [b] γήμασθαι, μακαρίαν ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος, μὴ ὑπερφανήσασαν αὐτόν. ἡ δὲ κακῶς φράζουσα, καὶ φυγεῖν τὸν ἐκ τῆς ἀδελφῆς Βερενίκης βουλομένη φθόνον, διὰ τὸ κάλλος παρ᾽ ἐκείνης οὐ μετρίως ἐλαττοῦτο, ξενικοῖς πάτρια νόμιμα πείθει, καὶ τῷ Φήλικι γήμασθαι. τεκοῦσα δὲ ἐξ αὐτοῦ παῖδα προσηγόρευσεν Ἀγρίππαν. ἀλλ᾽ ὅπως μὲ τρόπον ὁ νεανίας ἐκεῖνος σὺν [c] τῇ γυναικὶ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν τοῦ [d] Βεσβίου ὄρους ὅτε τὸν Τίτου Καίσαρος χρόνον ἠφανίσθη, μετὰ ταῦτα δηλώσω.

γ΄. Βερενίκη δὲ μετὰ τὸν Ἡρῴδου τελευτὴν, ὃς αὐτῆς ἀνὴρ καὶ θεῖος ἐγεγόνει, πολὺν χρόνον διαμεμενηκυῖα, φήμης διαχυθείσης ὅτι τὰ δελφῷ συνοικεῖ, πείθει Πολέμωνα, [e] Κιλικίας δὲ τὸν τότε βασιλεύς, περιτεμόμενον ἄγεσθαι πρὸς γάμον αὐτὴν, ὅπως δὴ ἐλέγχειν ἔχοιτο ψευδεῖς τὰς διαβολάς. καὶ ὁ Πολέμων ἐπείσθη μάλιστα διὰ τὸ πλοῦτον αὐτῆς. ὡς μὲν δὴ πολὺ συνέμεινεν ὁ γάμος, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀλλὰ Βερενίκη δι᾽ ἀκολασίαν, ὡς ἔφασαν, καταλείπει τὸν Πολέμωνα. ὁ δὲ ἅμα τῷ τε γάμῳ καὶ τῷ τοῖς ἔθεσι τῶν Ἰουδαίων ἐμμένειν ἀπήλλαχτο. τῷ αὐτῷ δὲ καιρῷ καὶ Μαριάμμη, παραιτησαμένη τὸν Ἀρχέλαον, συνῴκησε Δημητρίῳ, τῷ τῶν Ἀλεξανδρείων Ἰουδαίων προύχοντι γένει τε καὶ πλούτῳ· τότε δὴ καὶ τὴν ἀλαβαρχίαν αὐτὸς εἶχε. γενόμενον δ᾽ αὐτῇ παιδίον ἐξ ἐκείνου Ἀγρίππινον προσηγόρευσεν. ἀλλὰ περὶ μὲ ἑκάστου τούτων μετ᾽ ἀκριβείας ὕστερον ἀπαγγελῶμεν.

gum esse simulabat, ad eam mittens, suadere nitebatur ut relicto marito ei nuberet, beatam facturum esse pollicens, si ipsum non fastidiret. Atque illa, haud recte faciens, volensque effugere sororis Berenices invidiam (nam propter pulchritudinem *suam* non leviter ab ea læsa erat) ut contra patria instituta ageret, & Felici nuberet, se persuaderi sinit. cumque ex eo peperisset filium, Agrippam nomine vocavit. Sed quemadmodum is juvenis cum muliere ista perierit, cum inflammaretur mons Vesuvius tempore Titi Cæsaris, postea declarabo.

*Drusilla nupta Felici.*

*Paritque ei filium Agrippam.*

3. Porro Berenice post Herodis obitum, qui ipsius maritus fuerat idemque patruus, cum longum tempus in viduitate egisset, fama percrebrescente, quod cum fratre suo coiret, suadet Polemoni (ille enim Ciliciæ rex erat) ut circumcisus eam in matrimonium duceret: nam hoc pacto existimabat se redarguturam esse mendacia & calumnias. eique obsequutus est Polemon, maxime propter illius divitias. Id tamen conjugium non diu irruptum mansit: sed Berenice ob *libidinis* intemperantiam, ut ferebatur, deserit Polemonem. Ille vero, solutis nuptiis, in moribus & institutis Judæorum perseverare desiit. Eodem autem tempore etiam Mariamne, cum repudiasset Archelaum, nupsit Demetrio, primo inter Alexandrinos Judæos genere pariter ac opibus: tunc etiam & ipse Alabarchiam tenebat. cumque filius ei natus esset ex illo, Agrippinum appellavit. Sed de horum singulis postea accurate magis narrandi locus erat.

*Berenice Herodis vidua Polemonis nuptias ambit.*

*Postea Polemonem deserit.*

*Mariamne, repudiato Archelao, Demetrio nubit.*

---

## ΚΕΦ. ζ΄.

## CAP. VII.

*Quemadmodum Claudio mortuo Nero in imperium successit: & quæ crudelissime patravit. De latronibus, sicariis, & impostoribus, sub Felice & Festo Judææ procuratoribus.*

Ὅν τρόπον, Κλαυδίου τελευτήσαντος, Νέρων τὴν ἀρχὴν διεδέξατο· ἃ τε ὠμοτάτως ἔπραξεν. περὶ λῃστῶν, σικαρίων, καὶ γοήτων, τῶν Ἰουδαίας ἐπιτροπευόντων φήλικος καὶ φήστου.

ΤΕλευτᾷ δὲ Κλαύδιος Καῖσαρ, βασιλεύσας [f] ἔτη δεκατρία, [g] μῆνας ὀκτὼ καὶ ἡμέρας εἴκοσι· καὶ λόγος οὐ μικρὸς ἔσχε πιθανὸς, ὡς ὑπὸ τῆς γυναικὸς Ἀγριππίνης φαρμάκοις ἀνῃρηται· ταύτης πατὴρ μὲν ἦν Γερμανικὸς [h] Καίσαρος ἀδελφὸς, ἀνὴρ δὲ [i] Δομέτιος Ἀηνόβαρβος ὁ τῶν ἐπισήμων κατ᾽ ἐξοχὴν Ῥωμαίων πολιτῶν. ὃν τελευτήσαντος, χηρεύσῃ αὐτὸν ἐπὶ πολὺν χρόνον Κλαύδιος ἄγεται πρὸς γάμον, ἐπαγομένην καὶ παῖδα Δομέτιον ὁμώνυμον τῷ πατρὶ. προσαγορεύει δὲ τὴν γυναῖκα Μεσσαλίναν διὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες [k] ἐγεγόνεισαν Βρεττανικὸς καὶ Ὀκταουία. [l] ἦν δὲ καὶ αὐτῷ Ἀντωνία, πρεσβυτάτη τῶν ἀδελφῶν, ἣν ἐκ Πετίνης τῆς πρώτης γυναικὸς εἶχε. καὶ δὴ τὴν Ὀκταουίαν ἥρμοσε τῷ Νέ-

CÆterum moritur Claudius Cæsar, cum annos tredecim imperasset, menses octo, & dies insuper viginti: ferebantque nonnulli quod ab Agrippina uxore veneno sublatus fuerit. Hujus mulieris pater quidem erat Germanicus Cæsaris frater, maritus vero Domitius Aënobarbus, è viris in urbe Roma illustribus. illo autem defuncto, eam, cum vidua diu mansisset, Claudius in matrimonium duxit, filium adducentem *in familiam* patri cognominem Domitium. Messalinam enim uxorem ob zelotypiam *ante* sustulerat, ex qua Britannicum & Octaviam liberos susceperat. Erat autem ei & Antonia filia natu maxima, quam ex priore uxore Petina habuit. Atq; Octaviam protinus Neroni collocavit.

*Obitus Claudii Cæsaris.*

*Claudii uxores & liberi.*

---

*a* Πέμπων τοὺς αὐτὸν, ἵνα οἱ τὸν ἄνδρα καταλιπόντα in *Cod Busb.* *b* *Tacitus* (in *Hist.* lib. 5. cap. 9.) Drusillam statuit *Antonii & Cleopatræ neptem.* quo modo autem cum *Actis & Josepho* concilietur, laborant eruditi. Dici solet à plerisque Drusillam Judæam, sororem Agrippæ regis, aliam esse à Drusilla, Felicis uxore altera, Jubæ quidem Mauritaniæ regis filia, Antonii & Cleopatræ nepte. Videsis *Casaubonum* ad *Suetonium* in *Claudio*, cap. 28. *Simsonum* ad *Annum Christi* LIV. Ep. XLVIII. inter *Reinesii* Epp. & *Vestrianum* ad *Tacitum*, in *Hist.* lib. 5. cap. 9. *c* Τῇ γυναικὶ, sc. Βερενίκῃ. ut ita intelligam facit *Zonaras*, hisce verbis, λέγεται ἡ κατὰ τὸν Τίτου χρόνον ἡ γυνὴ σὺν τῷ παιδὶ πανοίκῃ μεταναστᾶσα ἀφανισθῆναι κατὰ τὸ Βέσβιον ὄρος, πυρφόρου ὄντος, ἢ τάχα μᾶλλον ὑπορυχθέν. *Epiphanius* vertit, *juvenis iste cum uxore* &c. nec aliter *Galenius.* *d* Ita & *Zonaræ Græcisque Aliis.* Quin & ὄρος Βέσιον dicitur, & Βεσούιον, & Οὐεσούιον, & Οὐεσούιον. Vide *Cluverium* in *Italia Antiqua*, p. 1157. *e* *Auctius* juxta libros *Epiphanii.* *f* Ita & *Dio*, l. 61. p. 688. Videsis *Casaubonum* ad *Suetonium* in *Claudio*, c. 45. *g* Καὶ μῆνας ὀκτὼ καὶ ἡμέρας εἴκοσι. *Busb.* *h* In *Busb.* ὁ Καίσαρος ἀδ. *i* Δομίτιος *Dioni Aliisque.* *k* Ita *Busb.* ἐγεγόνεσαν in *ceteris.* *l* Locum hunc mendosum esse deprehenderunt duo viri eruditissimi, *Ryckius & Aldrichius.* Ipse emendatum dedi ex *Epiphanio*, qui vertit, *Messalinam paremis uxorem, ex qua liberos habuerat Britannicum & Octaviam. Erat autem ei & Antonia filia senior, quam ex prima uxore nomine Petina habuerat.* antea erat, Βρεττανικὸς καὶ Ὀκταουίᾳ· καὶ Ὀκταουία, ἣν ἐκ πρώτου πάτου. Confer *Suetonium* in *Claudio*, c. 27.

locavit. id enim nomen ei dedit Cæſar poſteaquam in filium adoptaſſet.

*Nero imperator.* 2. Agrippina autem verita ne Britannicus, cum adultus eſſet, à patre principatum acciperet, ſuoque filio volens imperium ire præreptum, quæ Claudio necem afferrent, ut fama erat, *ipſa* confecit, atque illico mittit Burrhum militiæ præfectum, & cum eo tribunos & libertos qui plurimum auctoritate valebant, qui Neronem in caſtra *prætoriana* abducerent, ipſumque imperatorem ſalutarent. Nero autem, hoc modo principatum adeptus,

*Tyrannorum crudeliſſimus.* Britannicum quidem clam pleriſque veneno ſuſtulit, palam vero matrem ſuam non multo poſt *ferro* peremit; hanc illi vicem referens, non ſolum quod eum genuerit, verumetiam quod illius artibus Romanorum imperium acceperit. Quin & Octaviam uxorem ſuam occidit, multoſque viros illuſtres, quaſi in ipſum compoſuiſſent inſidias.

*Joſephus carpit Romanos hiſtoricos.* 3. Sed de his quidem plura dicere ſuperſedeo. nam multi *admodum* Neronis hiſtoriam conſcripſerunt: quorum aliqui in gratiam ejus, ut bene de ſe meriti, veritatem neglexerunt; alii vero, ex odio & inimicitiis ſibi cum eo ſuſceptis, inverecunde adeo debacchati ſunt in eum mendaciis, ut digni ſint qui uno hoc crimine condemnentur. Etſi non mihi ſubit eos mirari de Nerone mentitos, quando ne res quidem ab anteceſſoribus ejus geſtas memoriæ mandantes hiſtoriæ veritatem retinuerunt, licet in eos nullum odium habuerint, cum longo poſt eos tempore vixerint. Verum iſtis, qui nullam veritatis rationem habent, liceat pro lubitu ſcribere: nam hujuſmodi licentia delectari videntur. At nobis,

*Veritatem profitetur.* quibus propoſitum eſt veritati unice litare, quæ ab opere noſtro aliena ſunt paucis admodum attingere viſum eſt: quæ vero Judæis, popularibus noſtris, contigerunt, ea non perfunctorie narramus, ut quos non piget & calamitates noſtras & delicta *omnibus* declarare. Itaque ad res noſtras narrandas revertar.

*Azizo ſuccedit Soëmus* 4. Primo imperii Neronis anno, Azizo rege Emeſorum defuncto, Soëmus frater ei in principatum ſucceſſit. Armeniæ autem minoris præfecturam Ariſtobulus, Herodis regis

*Ariſtobulus Herodis regis Chalcidis filius.* Chalcidis filius, à Nerone accepit. quin & Agrippæ donavit Cæſar partem quandam Galilææ, Tiberiadem & Taricheas, ejus imperio

*Agrippæ ditio ampliatur.* parere juſſas: prætereaque Juliada Perææ urbem, & vicos quatuordecim ejus in vicinia poſitos.

VI.

*Felix caſtigat latrones.* 5. Cæterum res Judaïcæ indies in deterius prolapſæ ſunt. nam regio iterum latronibus repleta eſt, & impoſtoribus qui multitudinem ſeducebant. Sed horum quidem multos, ſimul eum latronibus quotidie captos, Felix ſuſtulit: inſuper & Eleazarum Dinæi filium, qui latronum agmen collegerat, ex inſidiis vivum

ραν. [a] τοῦτο γὰρ ὕστερον αὐτὸν ἐκάλεσεν εἰσποιησάμενος [b] υἱὸν ὁ Καῖσαρ.

β'. Διδαχῇ δὲ ἡ Ἀγριππῖνα, μὴ ὁ Βρεττανικὸς ἀνδρωθεὶς αὐτὸς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν παραλάβοι, τῷ δὲ αὐτῆς παιδὶ περιαρπάσαι βουλομένῃ τὴν ἡγεμονίαν, τό τε δὴ τὸν θάνατον τοῦ Κλαυδίου, καθάπερ ἐν λόγῳ, διαπράξαιτο, καὶ παραχρῆμα πέμπει τὸν τριτυμβὸν ἐπὶ Βῆρον, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς χιλιάρχους, τό τε ἀπελευθέρων τοὺς πλεῖστα δυναμένους, ἀπάξουσα εἰς τὴν παρεμβολὴν τὴν Νέρωνα, καὶ προσαγορεύσουσα αὐτὸν αὐτοκράτορα. Νέρων δέ, τὴν ἀρχὴν ὅτι παρελαβεν, Βρεττανικὸν μὲν ἀθλίως τοῖς πολλοῖς ἀναιρεῖ διὰ φαρμάκων, φανερῶς δὲ ὑπ' εἰς μαχαίρας τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ φονεύει· ταύτην ἀμοιβὴν ἀποτίσας αὐτῇ, ὅ μόνον τὴν γένεσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ἐκείνης μηχανὰς τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαβεῖν. κλείνει δὲ καὶ τὴν Ὀκταουίαν τὴν συνοίκου, πολλούς τε ἐπιφανεῖς ἄνδρας ὡς ἐπ' αὐτὸν ἐπιβουλὰς συνιδόντας.

γ'. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, [c] ἐῶ πλείω γράφειν. πολλοὶ γὰρ τὰ περὶ Νέρωνα συγγεγράφασιν ἱστορίαν. ὧν οἱ μὲν, ἀφ' χάριτος, ὧν πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τὴν ἀληθείας ἠμέλησαν· οἱ δὲ, ἀφ' μίσους καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, ὕστερον ἀναιδῶς ἐπαφρώσης τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους [d] αὐτοὺς (τοῦτο γὰρ) κατεγνώσθαι. καὶ θαυμάζειν οὐκ ἔστιν μοι τοὺς περὶ Νέρωνος ψευσαμένους, ὅτε μηδὲ τὰ πρὸ αὐτοῦ γενόμενα γράφοντες τὴν ἀλήθειαν τῆς ἱστορίας ἐτήρησαν, καίτοι τοῖς ἐκείνους αὐτοῖς οὐδὲν μῖσος ἔχουσιν, ὕστερον μετ' αὐτοὺς πολλῷ χρόνῳ γενομένοις. ἀλλὰ γὰρ τοῖς μὲν ἐσπουδακόσιν τὰ ἀληθείας ἔξεστω γράφειν ὡς ἥδιστα· τούτῳ γὰρ χαίρειν ἐοίκασιν. ἡμεῖς δὲ, σκοπὸν τὸν ἀληθῆ προθέμενοι, τὰ μὲν ἀπορρητότερα τῆς ἐκείνου ἐπιμελείας ἡμῖν περασμένα ἐπ' ὀλίγον μνήμης ἀξιώσομεν· τὰ δὲ ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις συμπεσόντα διελθόμενοι, παρέργως, μήτε τὰς συμφορὰς μήτε τὰς ἁμαρτίας ἀφανίζειν ὀκνήσομεν. ἐπανήξω τοίνυν ὅθεν τὸν τῶν οἰκείων πράγματα διήνεγκα.

δ'. Τῷ γὰρ τρίτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει τελευτήσαντος τοῦ Ἐμέσων βασιλέως Ἀζίζου, [e] Σόημος ἀδελφὸς τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. τῷ δὲ τὰς μικρᾶς Ἀρμενίας ἐπιτραπέντι Ἀριστόβουλος, Ἡρώδου τοῦ Χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται. [f] καὶ τῆς Ἀγρίππου [g] δωρεῖται μοίρας τινὶ τῆς Γαλιλαίας ὁ Καῖσαρ, Τιβεριάδα καὶ [h] Ταριχέας, ὑπακούειν αὐτῷ κελεύσας· δίδωσι δὲ καὶ [i] Ἰουλιάδα πόλιν τῆς Περαίας, καὶ κώμας τὰς περὶ αὐτὴν τεσσαρεσκαίδεκα.

ε'. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πράγματα πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ τῆς Ἰουδαίας ἐπίδοσιν ἐλάμβανε. λῃστηρίων γὰρ ἡ χώρα πάλιν ἀνεπλήσθη καὶ γοήτων ἀνθρώπων, οἳ τὸν ὄχλον ἠπάτων. ἀλλὰ τούτων μὲν ὁ Φῆλιξ πολλοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν τοῖς λῃσταῖς λαμβάνων ἀνῄρει, τὸν δὲ Ἐλεάζαρον τὸν Δεινέου παῖδα, τὴν συγκροτήσαντα τὸν τῶν λῃστῶν ὅμιλον, δι' ὀνείδους εἶλε ζῶντα.

*a* Sic *Busb.* atque ita, vel ὕστερον δ' ὕσαρον αὐτὸν, *Epiphan.* qui vertit, *ſic enim eum poſtea vocaverit, cum Cæſar eum filium adoptaſſet.* (Nero enim, qui antea dictus erat *L. Domitius Ahenobarbus*, poſtquam Claudius eum adoptaſſet, appellabatur *Nero Claudius Cæſar Druſus Germanicus*) τοῦτον γὰρ ὕσαρον αὐτῷ in *Editis Aliiſque.* *b* Λὺτὸν *Busb.* & *Zonar.* Forſan, ἡν ἀσαρσοπάλῳ αὐτὸν. *c* Οἱ πλείω, pro ἐῶ πλείω γράφειν, in *Cod. Busb.* *d* Αὐτοὺς abeſt *Vat.* & commode abeſſe poteſt. *e* Vocem Σόημος inſertam dedi è *Cod. Busb.* ἰμῆς ἀδελφὸς in *Cod. Vat.* Σοαίμου meminit *Dion Caſſius*, l. 59. p. 649. & *Sohemum* memorat *Tacitus* in *Hiſt.* l. 12. p. 13. *f* Καὶ τοῦ Ἀγρίππα δυναστείαν μοῖράν τινα *Busb.* *g* Δὲ abeſt *Vat.* *h* Ταριχέας *Busb.* Vocem non agnoſcit *Epiphanius*, qui hoc modo locum vertit, *ſed Agrippæ donavit Cæſar partem quandam Galilææ Tiberiadis tetrarchiæ, præcipiens &c.* *i* Λυλιάδα πόλιν *Busb.* *k* Διαφερούσας *Busb.* Ἑ κώμας τὰς περὶ αὐτὴν διηρθρωμένας apud *Photium* in *Bibliotheca*, Cod. 238. p. 978. *l* Sic *Busb.* & *Epiphan.* τούτους in *reliquis.*

*a* Sc.

ζωπυ· πίστιν δ' αὐτῆς παρεσκευάσατο ὑπὲρ ὧν μηδὲν πώποτε κακὸν, πείθει παρ' αὐτὸν ἀφικέσθαι, καὶ δόντας ἀπέπεμψεν εἰς Ῥώμην. ἔχων δὲ ἀπεχθῶς πρὸς [a] τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην ὁ Φῆλιξ, διότι πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ νουθετεῖσθαι περὶ τῶν κρειττόνων παρῄνεσεν αὐτῷ τὰ Ἰουδαίων πράγματα, μὴ καὶ μέμψιν αὐτὸς ἀφλοῦ πρὸς τῶν πλήθους, αἰτησάμενος ἐκεῖνον παρὰ τοῦ Καίσαρος πεμφθῆναι τὰ Ἰουδαίων ἐπίτροπον, παρέφασιν ἐποιεῖτο δι' ἧς μεθεστήκειν τὰ συνεχῆ ἀχλήσαι αὐτῷ [b] κινήματα. βαρὺ δὲ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι τὸ συνεχῶς [c] νουθετεῖν. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁ Φῆλιξ τὸν πεπόνθει τὸν Ἰωνάθην φίλον, ἀσφαλισάμενος ὅμως, [d] Δαρεῖον ὁμόσας, πείθει, [e] πολλὰ χρήματα δώσειν ὑπερτιθέμενος, ἐπαγαγεῖν δὲ Ἰωνάθῃ τὸν λῃστὰς ἀναιρήσοντας. καὶ κεῖνος ὑπακούσας ἐμηχανήσατο διὰ τῶν λῃστῶν παραβύλου τινὸς τρόπον τὸν φόνον. [f] ἀνέβησαν γάρ τινες αὐτῷ εἰς τὴν πόλιν, ὡς προσκυνήσοντες τὸν Θεὸν, ὑπὸ ταῖς ἐσθῆσιν [g] ἔχοντες ξιφίδια, καὶ συναναμιχθέντες [h] τῷ Ἰωνάθῃ κτείνουσιν αὐτόν. ἀνεκδικήτου δὲ τοῦ φόνου μεμενηκότος, μὴ πάσης ὁ λοιπὸν ἀδείας ἀναβαίνοντες οἱ τοῦς ἑορτοῖς οἱ λῃσταὶ, καὶ τὸ σίδηρον ὁμοίως κεκρυμμένον ἔχοντες, συναναμιγνύμενοι τοῖς πλήθεσι, [i] τοὺς μὲν τινας ἐκείνῳ ἐχθροὺς, ὧν δὲ, διὰ χρήματα ἄλλους ὑποκριθέντες, τοὺς μὲν τὰ ἄλλων πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἱερὸν φόνου. καὶ γὰρ ἀφόβως ἐπόλμων, φθάνει δὲ τούτων ἀφικόμενος [k] Ἀλβῖνος τοῦτο οἶμαι καὶ τὸ Θεοῦ μισήσαντος τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀποφαίνων ἐμοὶ καὶ τὴν πόλιν. ὁ δὲ ἱερὸν, οὐκ ἐπ' ἀγαθοῖς οἰκητήριον αὐτοῦ κρίνας, Ῥωμαίους ἐπαγαγὼν ἡμῖν, [l] καὶ τὴν πόλιν καθάρσιον πῦρ καὶ δουλείαν ὀφειλῶν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, φυγεῖν ποιήσας τὰς συμφορὰς [m] βουλόμενον ἡμᾶς.

ε'. Τὰ μὲν οὖν τῶν λῃστῶν ἔργα τοιαύτης αἰσχρότητος ἐπλήρωσε τὴν πόλιν. οἱ δὲ γόητες καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν ὄχλον ἔπειθον αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι. φάσκον γὰρ ἐφάσαν σημεῖα τὰ φανησόμενα καὶ τέρατα, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν γινόμενα. καὶ πολλοὶ τοῖς ἐξαπατῶσι [n] πιστεύσαντες τὰς τῶν ἀφρόνων ἐσήκουσαν. ἀναχθέντας γὰρ αὐτοὺς Φῆλιξ ἐκόλασεν. ἀφικνεῖται δέ τις εἰς Αἴγυπτον κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων, καὶ συμβουλεύων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσαγορευόμενον Ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τὸ πόλεως ἄντικρυς κεῖμενον ἀπέχει σταδίους [o] πέντε. δηλοῖ γὰρ, [p] ἔφασκεν, αὐτοῖς ἐκεῖθεν ὅπως εἰσέλθοιεν, εἰς, κελεύσαντος αὐτοῦ, [q] πίπτοντα τὰ τῶν [r] Ἱεροσολύμων τείχη, δι' ὧν τὴν εἴσοδον αὐτοῖς παρέξειν ἐπαγγέλλεται. Φῆλιξ δὲ, ὡς ἐπύθετο ταῦτα, κελεύει [s] τοὺς στρατιώτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ μετὰ πολλῶν ἱπ-

cepit: nam fide ei data, quod nihil mali paſſurus eſſet, pellexit eum ut ad ſe veniret, moxque vinctum Romam mittendum curabat. Cum autem Felix odio haberet Jonathan pontificem, ut qui eum ſæpe admonuerit de rebus Judaïcis melius adminiſtrandis, ne ipſe, qui eum à Cæſare in Judæam procuratorem mittendum petierat, populi querelis appeteretur, rationem excogitabat ipſum è medio tollendi qui factus eſt ſibi continuo moleſtus: nam frequens admonitio gravis eſt iis quibus in animo eſt injuſte agere. Itaque hujuſmodi de cauſa Felix amicum Jonathæ fidiſſimum, genere Hieroſolymitam, Dorum nomine, hortatur & ſuadet multum pecuniæ promittendo, ut Jonathæ latrones immitteret qui ipſum interficerent. atque ille ei obſequutus, hoc modo per latrones necem pontifici machinatus eſt. Quidam eorum, quaſi Deum adoraturi, in urbem aſcenderunt, ſub veſtibus ſicis ſuccincti; atq; Jonathæ famulitio permiſti ipſum occidunt. Cum autem inulta manſiſſet cædes, in poſterum latrones *ſine omni metu in feſtivitatibus aſcendunt, ferrumque ſimiliter ac antea occultatum habentes, turbæ immiſti, partim è ſuis inimicis quoſdam perimunt, partim aliorum, aliis pecunia operam ſuam præſtantes, idque non modo in urbe reliqua, ſed ipſo etiam in templo nonnullos. nam & illic cædem facere non verebantur, quaſi ita agendo nihil pietatem læderent. Hanc ob cauſam arbitror etiam Deum, impietatis illorum odio, averſatum eſſe urbem, &, cum templum non amplius ſibi purum domicilium exiſtimarit, Romanos in nos adduxiſſe, urbique ignem purificantem injeciſſe & nobis cum uxoribus & liberis ſervitutem, eo animo ut nos calamitatibus edocti ad ſanam mentem rediremus.

*Eleazarus latro captus & Romam miſſus.*

*Jonathas pontifex Felici inviſus.*

*Sicarius à Felice ſummiſſus eum perimit.*

*Latronum & ſicariorum audacia.*

*Unde Hieroſolymorum excidium?*

6. Et quidem ex iis quæ patrarunt latrones, fiebat ut urbs nefariis ejuſmodi facinoribus repleretur, Impoſtores vero & fallaciis pleni homines ſuadebant multitudini, ut ipſos in ſolitudinem ſequerentur. ſe enim ipſis oſtenſuros dicebant manifeſta prodigia & ſigna, quæ Dei cura & providentia evenirent. multique, fidem habentes, dementiæ ſuæ pœnas pertulerunt. Eos quippe retractos Felix ſupplicio affecit. Eodem autem tempore quidam ex Ægypto venit Hieroſolyma, ſe vatem eſſe ſimulans, ſuadenſque plebejæ turbæ, ut ſecum montem Oliverum aſcenderet, qui è regione urbis ſitus quinque abeſt ſtadia. inde enim ipſis ſe monſtrare velle dicebat, quomodo ſuo juſſu cornuerent Hieroſolymorum muri, per quos ipſis aditum ſe patefacturum eſſe promittebat. Felix vero, ut iſta audivit, jubet milites arma arripere; cumque multis equitibus

*Impoſtores & magi per Judæam.*

*Ægyptius pſeudo-propheta.*

a Sc. ἐνταῦθα τὸν ἀρχιερέα. In *Cod. Busb.* ἡ ἐκεῖ τὸν ἀρχ. Forſan ἐκεῖσε τὸν *Asanlam*, inquit *Grotius* ad *Act.* 23. v. 1. b Ita *Busb.* κινήσεων in *ceteris.* c Νουθετῶν *Busb.* & *Gall.* d Ita *Busb.* Δάρειον in *Editis Aliisque.* Δάσπιν ὀμόσας juxta *Epiphanium.* e Vocabulum πολλὰ debemus *Cod. Busb.* & *Epiphanio.* f Ἀνέβησαν γάρ τινες τῷ κρύφα solus *Busb.* g Φέροντες *Busb.* h Τῷ πλήθει, στείνων Ἰωνάθῃ juxta *Epiphan.* & *Zonaram.* i Ἀνῆρον ὡς μὲν ἑαυτῶν *Busb.* k Διὰ τοῦ ὁ Ἰώνα, τὸν ἀδελφὸν Ἰωσῆ, ὃν παρεφθείρε Κεστίου, ἐστολμημένα, si fides *Origeni* in hæc verba *Joſephum* (lapſu forſan μνημονικῷ) citanti. l Καὶ τὴν πόλιν καθάριον τε πῦρ καὶ δουλείαν ἐπαγαγεῖν *Busb.* m Βουλόμενος *Busb.* n Τιμωρίαν *Busb.* o Ita in *Joſephi* libris omnibus (quos vidimus) tam *Editis* quam *MSS.* tam *Gr.* quam *Lat.* Locum tamen in mendo cubare ſibi perſuadent *Grotius* ad *Act.* c. 1. v. 12. & *Waſerus* de *Ant. Menſ. Hebr.* l. 1. c. 12. quod mons *Oliveti* ſpatio itineris Sabbatici (quod octo ſtadiorum erat) Hieroſolymis abeſſe dicatur *Act.* c. 1. v. 22. Verum (ne quid dicam de *Theophylacto* & *Chryſoſtomo* qui ἑπτὰ pro πέντε in *Joſepho* legiſſe præ ſe ferunt, aut de *Voigtio* qui in *Codice Wratiſlavienſi* ἑπτὰ reperiri dicit) facile cum *Joſepho* conciliari poteſt *Lucas*: utpote quod primus pes montis ab urbe ſtadiis quinque abfuerit: at Chriſtus aſcenſurus ſcanderit ulterius per tria ſtadia. Videſis l. 6. de *Bello Jud.* c. 3. *Druſium* in *Obſervat.* l. 3. *Gerhardum* in *Harmonia Evang.* c. 144. *Lightfootum* in *Centuria Chronogr.* ad *Matt.* c. 40. & *Relandum* in *Palæſtina* S. p. 449. p Illud ἔφασκον è *Cod. Busb.* & *Epiphan.* q Ita *Busb.* πίπτειν in *reliquis.* r Sic *Busb. Vat.* & *Epiphan.* Ἱεροσολυμιτῶν in *Editis Aliisque.* s Τοῖς στρατιώταις *Busb.* * *Al.* cum omni fiducia.

a Αὐτῶν

*Felix Ægyptium ejuſque comites adoritur.*

der autem, cum imperium simul & sacerdotium per XXVII. annos tenuisset, vita decedit, relicta Alexandræ uxori potestate eum assignandi qui pontificatum gereret. Atque illa quidem Hyrcano *suo filio* pontificatum dat; illa vero cum regnum novennio administrasset, vitam finivit: totidemque annis filius ipsius Hyrcanus sacerdotium habebat. nam post matris obitum contra ipsum bellum movit Aristobulus frater, & victo quidem pontificatum ademit, ipse vero regnavit Deoque in pontificatu ministravit. Cæterum cum tertio regni hujus anno, totidem præterea mensibus elapsis, venisset Pompejus, & Hierosolymitarum urbem vi expugnasset, ipsum cum liberis vinctum Romam misit; & Hyrcano in pontificatum restituto, gentis quidem præfecturam ei permisit, diademate vero uti prohibuit. Atque Hyrcanus præter IX. primos annos imperavit XXIV. Barzapharnes autem & Pacorus, Parthorum dynastæ, trajecto Euphrate & bello Hyrcano illato, ipsum quidem vivum ceperunt, Antigonum vero Aristobuli filium regem constituerunt. Hunc ipsum, cum tres annos totidemque menses imperasset, Sosius & Herodes obsidione expugnarunt; abductumque Antiochiam morte affecit Antonius. Herodes autem à Romanis accepto regno, non amplius ex Asamonæi genere creavit pontifices; sed obscuris quibusdam, & à sacerdotibus tantummodo oriundis, præter unum Aristobulum, hunc honorem tribuebat. Aristobulum namque Hyrcani à Parthis capti nepotem cum pontificem declarasset, sororem ejus Mariamnen in uxorem duxit; quippe qui multitudinis erga seipsum captaret benevolentiam, propter Hyrcani memoriam. Deinde veritus ne omnes ad Aristobulum descisicerent, ipsum Hiericunte de medio sustulit, necem ei ita machinatus, ut dum nataret suffocaretur, sicuti jam ante declaravimus. Post hunc non amplius ex Asamonæi prole oriundis pontificatum commisit. Herodem etiam in constitutione pontificum imitatus est filius ejus Archelaus; & post hunc Romani, qui Judæorum regnum occuparunt. Sunt igitur qui ab Herodis temporibus pontificatum gesserunt, usque ad diem quo Titus templum & civitatem captam flammis vastavit, in universum XXVIII. tempusque illorum pontificatuum anni CV. Et horum quidem aliqui sub Herode rege & filio ejus Archelao res administrarunt: istis autem defunctis administratio quidem erat Aristocratica, gentis vero præfectura pontificibus commissa erat. Atque de pontificibus hæc dicta sufficiant.

*Confer pag. 600.*

*P. 607.*

*P. 608.*

*P. 613.*

*P. 615.*

*P. 658, & 661.*

*P. 661.*

*P. 663.*

*P. 665.*

*P. 666.*

*a* Αὖτη *Bud.* *b* Ita *Bud.* & *Epiphan.* qui vertit, *& Dei pontifex fuit.* ἐβασίλευσε καὶ ἱεράτευσε τ ἔθνους in *Editis Aliisque.* *c* Vide *Usserium* in *Annalibus* p. 437. *Edit. Lond.* *d* Βαρζαάφαρνης *Vat.* & *Bud.* Βαρζαάφρης *Gall.* *e* Γένους ὄντα ἐκ τοῦ καταλόγου Μακκαβαίων καθ᾽ ἑαυτὸν *Euseb.* & *Cyrill.* *f* Ita in *Josephi* libris, tum *Græcis* tum *Latinis.* Verum *Eusebius* (in *Demonstr. Evang.* l. 8. p. 398.) & *Cyrillus Alexandrinus* (in *Comment.* in *Danielem*, p. 662.) καὶ μόνον ἐξ ἱερέων ὄντι habent. Quo de loco videsis *Casaubonum* in *Exerc. c. Baronium*, p. 52. *Edit. Lond.* *g* Εἰρήκαμεν *Bud.* *h* Ἐπὶ τῇ καταστάσει τ ἱερέων *Bud.* περὶ τ Ιουδαίων ἀρχαίων *Cyrill.* *i* Οἱ ἀπὸ Hg. *Bud.* *k* Ita lego. ἧς τ ναὸν & τὴν πόλιν Τίτος ἑλὼν π. *Bud.* ἧς οἷς τ ν. κ. τ. Τ. ἑλὼν in *Editis Aliisque.* *l* Sc. si excludatur *Phanasus* ultimus, qui à Zelotis seditiosis sub finem belli electus est, quique propterea inter pontifices non videtur numerandus. *L. Cappellus* in *Chronologia Sacra*, p. 279. *m* Βασιλεύοντος *Bud.* *n* Vide *Cunringium* de *Rep. Hebr.* c. 73.

CAP.

IX.

## CAP. X.

*De Floro procuratore, qui Judæos cogebat bellum Romanis inferre. Peroratio.*

*Florus Judææ procurator.*

GEssius autem Florus, qui missus est à Nerone ut Albino succederet, plurimis Judæos replevit calamitatibus. Hic genere erat Clazomenius, secumque Cleopatram conjugem adduxit, per quam, utpote Poppææ Neronis uxoris amicam, & nihil ab ipso improbitate differentem, rerum *in Judæa* administrationem adeptus est. Ita autem nequiter & violenter potestate sua abusus est, ut, propter insignem ejus maleficentiam, Albinum, tanquam de illis egregie meritum, celebrarint Judæi. nam ille nequitiam suam occultare studuit, & solicite cavebat ne omnibus notus esset & manifestus: Gessius autem Florus, quasi ad malitiam ostentandam missus, ex suis in gentem nostram injuriis pompam agebat *& triumphabat*; nihil sibi ad rapinarum omne genus summamque supplicii iniquitatem reliquum faciens. Erat enim durus quidem & ad misericordiam flecti nescius, cupiditatisque in re lucri inexplebilis, ut qui nullum inter parva & magna discrimen faceret, sed & cum latronibus participaret. Multi enim quæstum istum exercebant, spei pleni nihil ab ipso de incolumitate sua metuendum, quod secum prædarum partes haberet. adeoque nullus erat injuriarum modus; ut miseri Judæi, cum ferre non valerent vastationes à latronibus factas, cogerentur omnes suis sedibus relictis fugam capessere, tanquam ubicunque apud exteros melius vitam acturi. Denique quid multis? Florus erat, qui nos eo adegit, ut bellum Romanis inferremus, satius esse existimantes ut semel universi quam paulatim periremus. Et quidem cœptum est *hoc* bellum anno secundo administrationis Flori, duodecimo vero Neronis *imperii*: quo tempore quanta vel coacti fecimus, vel perpessi sustinuimus, sat accurate intelligere possunt, qui legere voluerint libros à nobis de Bello Judaïco conscriptos.

*Bellī Judaïci causa.*

*Pererāio.*

2. Atque hîc finem dicendi faciam de Antiquitatibus *nostris*, *post quas exorsus sum libros quos de Bello scripsi. Complectuntur autem Antiquitates rerum traditionem à primo homine nato usque ad annum Neronis imperii XII. quæ *scilicet* nobis Judæis acciderunt & in Ægypto & Syria & Palæstina, & quas clades ab Assyriis & *Babyloniis* accepimus, & quibus modis nos vexarunt & attriverunt Persæ & Macedones, & post eos Romani. Atque omnia, ut ego arbitror, exsequutus sum accurate. Quin & operam dedi ut observarem summorum pontificum recensionem, quot per bis mille annos exstiterunt. Portoque ut reges sibi invicem successerint, absque errore tradidi; quas res illi gesserint, & quomodo remp. administrarint *insuper* narrans, ut & monarcharum potentiam, prout in

## ΚΕΦ. ι'.

*Περὶ Φλώρου ἐπιτρόπου, ὃς τὰς Ιουδαίους ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς Ρωμαίους πόλεμον ἀφορμὰς ἐδίδου. Ἐπίλογος.*

ΓΕσσιος δὲ Φλῶρος, ὁ πεμφθεὶς Αλβίνῳ διάδοχος ὑπὸ Νέρωνος, πολλῶν [a] ἀνέπλησε κακῶν Ιουδαίους. Κλαζομένιος δὲ ἦν ὁ γένος οὗτος, ἐπήγετο δὲ Κλεοπάτραν γυναῖκα, δι' ἣν φίλην ἔσχε [b] Ποππαίας τῆς Νέρωνος γυναικός, καὶ παρεῖχε μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν, τῆς ἀρχῆς ἐπέτυχεν. ὕβρει δὲ πρὸς τὴν ἐξουσίαν ἐγένετο κακὸς καὶ βίαιος, ὥστε, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν, Αλβῖνον ἐπαινεῖν εἰς εὐεργέτην Ιουδαίους. ἐκεῖνος μὲν γὰρ [c] ἐπεκέκρυπτο τὴν πονηρίαν, καὶ τοῦ μὴ παντάπασι καταφανῆ εἶναι φροντίζων· Γέσσιος δὲ Φλῶρος, καθάπερ εἰς ἐπίδειξιν πονηρίας πεμφθείς, τὰς εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν ἀδικίας ἐπόμπευε, μήτε ἁρπαγῆς ὑπολιπὼν μηδένα τρόπον μήτε ἀδίκου κολάσεως. ἦν γὰρ [d] ἄπληστος [e] μὲν τοῦ ἕλκειν, παντὸς δὲ κέρδους ἄπληστος, οὐκ μηδὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἁλίσκων διέφευγεν, ἀλλὰ καὶ λῃστῶν ἐκοινώνησεν. ἀδεῶς γὰρ οἱ πολλοὶ τοῦτο ἔπρασσον, ἐκείνου παρ' ἑαυτοῦ τὴν συμμαχίαν ἐπὶ τοῖς μέρεσιν ἔχειν πεπιστευκότες. καὶ τοῦτο μέτριον οὐκ ἦν. ἀλλ' οἱ δυστυχεῖς Ιουδαῖοι, μὴ δυνάμενοι τὰς [f] ἀπὸ τῶν λῃστῶν γενομένας προθήκας ὑπομένειν, ἀναγκάζοντο τὴν ἰδίαν [g] ἐξανιστάμενοι ἅπαντες φεύγειν ἄπαντας, ὡς κρεῖττον [h] ὁπουδήποτε μετὰ τοὺς ἀλλοφύλους κατοικοῦντες. καὶ τί δεῖ πλέω λέγειν; ὡς γὰρ τοὺς Ρωμαίους πόλεμον ὁ καταναγκάσας ἡμᾶς ἄρασθαι, Φλῶρος ἦν, χρεῶν [i] ἡγεμόνας ἀφέμενοι ἢ κατ' ὀλίγον ἀπολέσθαι. καὶ δὴ τὸν ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ πόλεμος δευτέρῳ μὲν ἔτει τῆς ὑπατείας Φλώρου, δωδεκάτῳ δὲ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς. ἀλλ' ὅσα μὲ [k] δρᾶν ἀναγκάσθημεν, ἢ παθεῖν ὑπομείναμεν, ἀκριβῶς γνῶναι τάχιστα τοῖς βουλομένοις ἐντυχεῖν ταῖς ὑπ' ἐμοῦ περὶ τοῦ Ιουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις γεγραμμέναις.

β'. Παίσεται δέ μοι καὶ τὰ τῆς ἀρχαιολογίας, μεθ' ἣν καὶ τὸν πόλεμον ἠρξάμην γράφειν. περιέχει δὲ αὕτη τὴν ἀπὸ πρώτης γενέσεως ἀνθρώπου παράδοσιν, μέχρι ἐτῶν δωδεκάτου τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, τῶν ἡμῖν συμβεβηκότων τοῖς Ιουδαίοις κατά τε τὴν Αἴγυπτον καὶ Συρίαν καὶ Παλαιστίνην, ὅσα τε πεπόνθαμεν ὑπὸ Ασσυρίων τε καὶ Βαβυλωνίων, τίνα τε Πέρσαι καὶ Μακεδόνες [l] διεπράξαντο ἡμᾶς, καὶ μετ' ἐκείνους [m] Ρωμαῖοι. πάντα γὰρ οἶμαι μετὰ ἀκριβείας συντεταχέναι. τηρῆσαι δὲ πεποίημαι καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων ἀναγραφήν, τὴν [n] ὀλίγου δεῖν δισχιλίοις ἔτεσι γινομένων. ἀπλανῆ δὲ πεποίημαι καὶ τὴν περὶ τοὺς βασιλεῖς διαδοχήν, τάς τε ἀρχὰς αὐτῶν καὶ τὰς πολιτείας ἀπαγγέλλων, μοναρχῶν τε δυναστείας, ὡς αἱ ἱεραὶ

*a* Ἐπλησεν *Busb.* *b* Male in *libris* Ποππαίας. *c* Ἐπικρύπτετο *Busb.* ἐπίκρυπτα *Zonar.* *d* Ἀπλετος *Gall.* & in *Epiphanii* versione *inflexibilis.* *e* Illud μὲν è *Cod. Busb.* *f* Ita *Busb.* ὑπὸ in *reliquis.* *g* Sic *Gall.* & *Busb.* ἐξιστάμενοι in *cæteris.* *h* Δίκην δίπτυον *Busb.* *i* Ita *Busb.* ἡγούμενος in *Editis Aliisque.* *k* Δρᾶν deest *Vat.* *l* Δοκεῖ διαπρ. *Busb.* *m* Ρωμαῖοι τὸ ὕστατον *Busb.* Vide *Vossii Chronol. S. c.* 20. *p.*170 *n* Ἐν ἀρχ. ὅλως ἔτεσι *Gall.* * &, ubi illæ desinunt, cœpi aliquot abhinc annis de Bello Judaïco scribere.

ἱεραὶ βίβλοι θεὶ πάντων ἔχουσι τὴν ἀναγραφήν. τοῦτο γὰρ ποιήσειν ὑπεσχόμεθα τὴν ἀρχὴν ἐπιστειλάμενοι τῆς [a] ἱστορίας. λέγω δὲ θαρσύνας ἤδη ἀφ' οὗ τὴν προτεθεῖσαν [b] συντέλειαν, ὅπου μηδεὶς ἂν ἕτερος ἠδυνήθη θελήσας, μήτε Ἰουδαῖος, μήτε ἀλλόφυλος, τὴν πραγματείαν ταύτην ὕστερος ἀκριβῶς εἰς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. ἐγὼ δ' ὁμολογήσω μὲν τῶν ὁμοεθνῶν πλείστῳ αὐτοὺς κατὰ τὴν ἐπιχώριον παιδείαν ἀφεῖσθαι· καὶ τῶν Ἑλληνικῶν δὲ [c] γραμμάτων ἐπιστήσασι μεταλαβεῖν, τὴν γραμματικὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶσαι, τὴν δὲ θεὶ τὴν προφορὰν ἀκρίβειαν [d] πάτριος ἐκώλυσε συνήθεια. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐκ ἐκείνοις [e] ἀποδέχονται τοὺς πολλῶν ἐθνῶν ἀφίλεκτον ἐκμαθόντας, ἀφ' οὗ κοινὸν εἶναι νομίζειν τὸ ὑπηρέτευμα [f] τοῦτο οὐκ ἐλευθέροις μόνον τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκετῶν [g] τοῖς θέλουσιν· μόνοις δὲ σοφίας μαρτυρῶσι τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ὑπεσταμένοις, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων δύναμιν ἑρμηνεῦσαι δυναμένοις. ἀφ' οὗ πολλῶν πονησάντων θεὶ τὴν ἄσκησιν ταύτην, μόλις πρὸς δύο, ἢ τρεῖς, κατώρθωσαν, καὶ τῶν πόνων τὴν ὑπεραρπίαν εὐθὺς ἔλαβον. ἴσως δὲ οὐκ ἂν ὑπέφθονον [h] γένοιτο, περὶ καὶ γένους τοῦ ἐμοῦ, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πραχθέντων βραχέα διεξελθεῖν, ἕως ἔχω ζῶντας, ἢ τοὺς ἐλέγξοντας, ἢ τοὺς μαρτυρήσοντας. ὑπὲ τούτοις δὲ καταπαύσω τὴν ἀρχαιολογίαν, βίβλοις μὲν εἴκοσι πεπληρωμένην, ἓξ δὲ μυριάσι [i] στίχων· κἂν τὸ θεῖον ὑπόσχῃ, κατὰ τὸν ὁμοιον ἐπανορθώσω πάλιν τῷ τε πολέμῳ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἡμῖν, μέχρι τῆς νῦν οἰκουμένης ἡμέρας, [k] ἥτις ὀγδοηκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Δομετιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς, ἐμοὶ δὲ ἀπὸ γενέσεως πεντηκοστῷ καὶ ἕκτῳ. προήρημαι δὲ συγγράψαι, [l] τὰς ἡμετέρας δόξας τῶν Ἰουδαίων, ὡς πάσαρσι βίβλοις περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, ἀφ' ὅ τι κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστιν ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ κεκώλυται.

sacris libris omnia perſcripta reperiuntur. id quod facere polliciti ſumus, ſtatim ab initio hiſtoriæ. Confidenter autem dico, opere, quod inſtitui, jam ad finem perducto; quod nemo alius, etiamſi *id maxime* voluerit, neque Judæus, neque alienigena, potuerit commiſſa huic operi accurate adeo Græcis hominibus enunciare. nam populares meos confitentes habeo, quod illis in patria diſciplina plurimum præſtiterim: Græcarum etiam literarum ſtudio, poſtquam Grammatices elementa didiciſſem, memet addixi, quamvis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem mihi non licuit. Nullo enim in honore ſunt apud noſtrates, qui multarum gentium linguis loqui didicerunt, eo quod ingenuorum infimis hujuſmodi ſtudium cum ſervis quibuſcunque commune eſſe arbitrantur: illoſque ſolos ſapientes haberi volunt, qui legum ſcientiam conſequuti ſunt, & in ſacris literis rerum verborumque vim ſcite interpretari poſſunt. Quare cum multi operam ſtudiumque ſuum in hac exercitatione poſuerint, vix duo quidem aut tres ad ſummum profecerunt, ſtatimque laborum fructum ceperunt. Fortaſſe autem res erit non invidioſa, ſi de meo etiam genere, deque iis quæ in vita mea geſſi, pauca enarravero, dum adhuc ſuperſunt, qui aut vera dicenti poſſunt teſtimonium perhibere, aut falſa redarguere. Hîc itaque finem imponam Antiquitatibus, libris quidem viginti, verſibus autem ſexaginta millibus comprehenſis; atque, ſi Deus permiſerit, iterum, breviter omnia percurrendo, memorabo & bellum *Romanorum cum Judæis*, & quæ nobis evenerunt in diem uſque hodiernum, qui incidit in annum quidem imperii Domitiani Cæſaris XIII. meæ autem ætatis LVI. Propoſitum etiam mihi eſt quatuor libros conſcribere de Deo deque ejus ſubſtantia, ex opinione Judæorum quam ipſi à majoribus acceperunt; item de legibus, cur earum præcepto quædam nobis permiſſa ſunt, quædam vetita.

*Joſephus in Hebræis Græciſque literis verſatiſſimus.*

*Librorum nonnullorum, quos Joſephus ſcripſerit, aut ſcribere propoſuerit, recenſio.*

* *

a Ὁ δὲ ποιητὴς post *ἱστορίας* adjicit *Busb.* b Ἀνακεφαλαίωσιν δὲ συντέλειαν *Gall. & Busb.* c Καὶ ποιητικῶν μαθημάτων post *γραμμάτων* addit *Busb.* καὶ ποιητικῶν μαθημάτων πολλὰ ποιήσεως ἐπιδέουσι *Gall.* d Hac de re videſis *Seldenum* fuſe differentem in l. 2. de *Synedriis*, c. 9. p. 399. e Ἀποδέχονται καὶ ὑπομνήσεις ἐρίζοντας τοὺς πολλοὺς *Gall.* f Ita *Busb.* τοῦτο μὲν οὐκ ἐλευθέροις τοῖς in *Editis Aliiſque.* Legi poteſt τοῦτο ὐ μόνοις ἐλ. g Illud τοῖς inſertum dedi è *Cod. Busb.* ut & mox τῶν ante *ἱερῶν.* h Γένοιτο, ὑφ' ἑαυτὸν τοῖς πολλοῖς φανήσεται καὶ θεῖ *Gall.* i Solebant Græci veteres orationis partes per *στίχους*, ſeu *verſiculos*, diſtinguere. στίχος autem non integram periodum complectebatur, ſed ejuſmodi particulam, quæ diſtinctum ſenſum in ſe contineret; unde στίχων numerus in immenſum exſurgebat. Sed hac de re videſis Cl. *Millium* in *Prolegomenis* ad N. T. p. 100. & *D. Bern. de Monfaucon* in *Palæographia Græca*, l. 1. p. 28. k *Scaliger* erroris arguit *Joſephum*, qui (p. 904.) ſe natum dicit anno primo Caji, atque opus ſuum abſolviſſe anno XIII Domitiani. atque uno anno minus dixiſſe *Joſephum* exiſtimat, & LVII annos debuiſſe numerare. In quo fruſtra eſt. Cajus enim iniit anno Chriſti XXXVII, Januarii XXIV; Domitiani vero XIII cœpit anno Chriſti XCIII, ex die XIV Septemb. Fingamus natum eſſe *Joſephum* anno ipſo XXXVII Chriſti, Decembri menſe, vel anno XXXVIII ineunte Januario, cum adhuc Caji primus laberetur, annus ipſius LVI incipiet, ab Decembri menſe anni XCII, poſt initium anni XII Domitiani. Quare ut ſcribendi finem fecerit Octobri menſe anni XCIII, id acciderit anno vitæ ſuæ LVI, Domitiani vero XIII. *Petav.* ad *Epiphan.* p. 386. l Ita lego ex *Euſebio* in *Eccl. Hiſt.* l. 3. c. 10. idemque firmare videtur *Niceph.* in *Eccl. Hiſt.* l. 2. c. 18. hiſce verbis, ἐμφανῶν ἐν πίναξιν συγγράψαι βιβλίοις εἴκοσι θεῖ, ὅσην πάτερθεν δίξαν, καὶ θεῖ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ θεῖ νόμων, ἀφ' ὅ τι κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστιν ἀγάπων, τὰ δὲ κεκώλυται. Antea erat in *Joſephi* libris, ἓξ τὰς ἡμετ. In *Epiphanii* verſione, ad hunc modum; *Propoſui quoque vobis conſcribere etiam noſtras, id eſt Judæorum ſectas, in quatuor libris de Deo ejuſque ſubſtantia; & de Legibus &c.* * Soli huic *Antiquitatum* libro non apponitur ΤΕΛΟΣ in *Græcis.* quod libellus qui eum excipit, *de Vita Joſephi* inſcriptus, *pars* ejus fuerit, aut *epilogus* ad libros *Antiquitatum.* Videſis quæ annotantur ad pag. ſequentem.

# Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

# DISSERTATIO

CL. V.

# RISTOPHERI CELLARII;

QUA

## *FLAVII JOSEPHI*

## HERODIBUS HISTORIA

A Νοθείας ſuſpicione contra Cl. V.

## JOANNEM HARDUINUM

JUSTIS VINDICIIS ADSERITUR,

ET NUMMIS ANTIQUIS CONCILIATUR.

Herodibus diſſerturi principio indi-amus, cujus fide in enarratione inni-amur. Is *Flavius Joſephus* eſt, Judæo-um hiſtoriæ auctor locupletiſſimus; tiqui, recentes, & medii tribuerunt, toricorum plus potuerint. Quantum od Hieronymus illum epiſt. XXII. ad ap. XV. cum optimo comparat, dum *um* appellat? hoc eſt eum, cujus in toria ingenium, induſtriam, & fidem nnes mirentur, quam T. Livii Pata-*viſendi cauſa Gaditanum quemdam ad um orbe veniſſe, ſtatimque, ut vi-*, cum Plinius lib. II. epiſt. III. tum ymus epiſt. CIII. cap. I. referunt. Eu-iſſimo & ipſi auctori, H. E. lib. III. hus eſt ἄξιος πιστεῦσαι, *dignus cui fides* ; ut unum tantummodo ex recentio-ile principem, adjungamus, magno olegom. Emend. Temp. idem φιλαλη-*atis ſtudioſiſſimus* non immerito cen-

to igitur laus eſt illuſtrior, ab lauda-i interrupto conſenſu, laudari: tan-piratio ſubit, quod clariſſimus vir, & illuſtrato, quam urbium & populo-mis geographia eximiam laudem do-quutus *Joannes Harduinus*, Proluſio-giæ ex nummis reſtitutæ Lutetiæ nu-in tantum derogat de Joſephi aucto-ro inepte ficto & ſuppoſititio aucto-l id nummorum, ut ait, fide inductus, Flavianis narrationibus in Herodia-i adverſentur. Nos ut omnino magni mmos facimus, & ex iis multa in hi-hronologia emendari cenſemus; ita nondum poſſumus, ut præ hiſce num-Harduinus producit, omnis antiquita-riæ in Joſepho conſenſionem negliga-nitus eluſam illam contemni vel ever-

Quanta igitur fieri induſtria poteſt, iri nummos & rationes quibus nititur, ius omnium conſpectui, adjecta veri-i interpretatione, ut & nummis genui-nis ſua fides, & Joſephi ſimul hiſtoriæ ſua intemerata conſtet auctoritas.

III. Nota eſt Joſephi de Herodum familia traditio à doctis omnibus huc uſque magno conſenſu approbata, & in Antiqua noſtra Hiſtoria, locis ubique ex Joſepho ſignificatis, breviter repetita, Scilicet Herodem, Antipatri filium, illuſtri genere proſelytorum Idumææ ortum, ſummam rerum in Palæſtina à patre acceptam (is autem Cæſari Julio debuerat) Antigoni Haſmonæorum ultimi, quem Parthi juvabant, invaſione amiſiſſe, ſed brevi poſt Antonii ope cum titulo Regis recepiſſe, atque ita ſatis multos annos totam Palæſtinam, quæ inter Syriam, Arabiam & Ægyptum patet, Auguſti Cæſaris auſpiciis, qui confirmaverat regnum, ſevero imperio tenuiſſe. Hujus filium Archelaum, quum IX annos Judææ & Samariæ imperitaſſet Ethnarchæ nomine, in Galliam relegatum eſſe, & ex poſſeſſione ejus provinciam Romanam factam, quam procuratores Cæſaris rexerint: reliquos filios, Herodem Antipam & Philippum, utrumque ſuæ tetrarchiæ præfuiſſe, illum quidem Galilææ & Perææ; hunc Iturææ & Trachonitidi; & hoc mortuo; illo itidem relegato, Agrippam, primi Herodis ex interfecto filio Ariſtobulo nepotem, Claudii Cæſaris favore totum avitum regnum, ſublata provinciæ forma recepiſſe, ſed hoc poſt paucos annos exſtincto Judæam iterum provinciam factam, filium vero, Agrippam minorem, Chalcidenæ regulum, deinde Abilenes & Philippi tetrarchiæ exſtituſſe.

IV. Ab his diſſentit non una ratione Harduinus. Primum ait, Herodem per Julium Cæſarem ingreſſum dominationem eſſe: nec illum totam Palæſtinam, ſed tantum Judæam & Samariam rexiſſe: in eodemque regno, cum regio etiam titulo, Archelaum patri ſucceſſiſſe: Galilæam autem cum cæteris partibus ſub poteſtate Zenodori tetrarchæ fuiſſe, cui vivo patre, Herodes, Herodis filius, Philippus frater ejus, uterque tetrarcha, ſed diviſa poſſeſſione, ſucceſſerint. Et hunc tetrarcham Herodem, Baptiſtæ interfectorem, non Judæum, nec proſelytum, ſed gentilem, poſtea regem factum, eundem eſſe qui Jacobum ſuſtule-

rit, & Petrum conjecerit in vincula, eumque perperam ſub Agrippæ nomine à tetrarcha diſtingui. Neque Judæam poſtquam ſemel à morte Archelai (nam & hujus exſilium negat) provinciæ formam induerit, unquam rurſus regni habitum, ut Joſephus prodit, recepiſſe. Et quæ reliquæ de hiſce rebus paradoxæ opiniones ſunt. Singula ordinatim examinabimus.

V. Vir celeberrimus de initio dominationis Herodis ita ſentit pag. 24. *Judæa Herodi data eſt hanc, ut nunc videtur, ob cauſam: Erat Julius Cæſar dictator in magno ære alieno Herodis, ut conjicere eſt ex illa Tullii voce ad Atticum lib.* VI. Epiſt. I. SED HEUS TU! JAMNE A CÆSARE PER HERODEM TALENTA ATTICA QUINQUAGINTA EXTORSISTIS? Mira res, ne dicam, ridicula. Scripta epiſtola in Aſia eſt à proconſule Cicerone, quum Cæſar adhuc in Gallia eſſet. Quo pacto igitur ad illum Herodis Idumæi pecunia? qui ante Alexandrinum bellum ne notus quidem Cæſari fuit. Præterea variatis ſcripturis vexatus ita locus eſt, ut quidam non *Herodem*, ſed *Orodem* legant: quidam pro *jamne vos* monſtroſe *Genuarios*; unde ſunt, quæ *Genuævos*, quod nomen Allobrogum civitatis eſt, exſculpant. Quam clarior explicatiorque eſt Joſephi hiſtoria, Antipatrum, Herodis patrem, Hyrcani regis amicum, in Peluſiaca expugnatione, & in prœliis cæteris egregiam Cæſari operam in Ægypto præſtitiſſe, à quo id præmium laboris acceperit, ut Hyrcano regi in gerenda republica adjungeretur, aut ſolus illam adminiſtraret, atque iſte, quod ſimul pontifex erat, rebus ſacris magis quam civilibus præeſſet. Vide Joſeph. lib. I. de Bello cap. XVIII.

VI. Nunc fines regno Herodis conſtituendi ſunt. Patre ſuperſtite præfectus Galilææ erat, unde in amicitiam Sexti Cæſaris, Syriæ proconſulis, venit. Sed patre, Malichi fraude, hoc eſt veneno, ſublato, incidit Antigoni bellum, Parthorum auxilio geſtum, quo Hyrcanus rex captivus abductus, Phaſaëlus, Herodis frater, in carcere ſe interfecit; ipſe Herodes ægre evaſit in Italiam: ubi rex ab ſenatu Romano, Antonii ope, declaratus, aliquamdiu de regno cum Antigono certavit, donec ille Romanis armis & Soſio duce oppreſſus captuſque & ſecuri percuſſus fuit. Sic Herodes in totum regnum Haſmonæorum venit, cujus pars etiam Galilæa & vicinæ regiones erant. Vir contra clariſſimus Jo. Harduinus pag. 24. *Herodis ethnarchiam regiamque poteſtatem ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuiſſe* contendit.

VII. Argumenta, quibus perſuaſus eſt, fere hæc ſunt: primum, quia Lucæ 1. comm. 5. vocetur βασιλεὺς τ῀ Ιυδαίας tantum *Judææ rex*. At ſi arcte ſumitur *Judæa*, neque Samariæ imperitavit, quod contra Harduinum eſt: ſin laxe, tam Galilæam & Peræam, quam Samariam comprehendit. Deinde objicit Archelai ſucceſſionem in his duabus tantum partibus, qui tamen Matth. cap. 2. comm. 22. dicatur ἀντὶ τ῀ πατρὸς, *pro parente ſuo regnaſſe*, quæ formula integram hereditatem à patre filio relictam ſignificet. Verum eſt, ſignificat id, quod vult vir clariſſimus, niſi teſtamentum interveniat, aut ſuperioris domini, qui Auguſtus erat, alia diſpoſitio: quibus duæ tantum ex quatuor regni partibus majori filio ceſſerunt: reliquæ fratribus tetrarchis Antipæ & Philippo. Etiam illud putat, pag. 26. Herodis regnum coarctare, quod nullas urbes in Galilæa, fidei erga Romanos & reverentiæ monimenta, condiderit, ſicut alibi Cæſaream & Sebaſten. At nec in Idumæa condidit, & ſi accurate loquimur, nec in ipſa Judæa, quia Cæſarea, ut ex Act. Apoſt. 12. comm. 19. apparet, extra limitem Judææ fuit. Sufficit aliquibus regni locis condidiſſe: i bus ædificare neceſſarium non era

VIII. Tandem illud, tanquam get, quod Herodis temporibus Ga tetrarchæ fuiſſet, à quo Herodis te vel alio titulo acceperint, non na hereditate. Id credit fide nu riuſque, qui Octaviani vultum poſtica vultum Zenodori ſine diac ſcriptione ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡ & in altero, ΖΗΝΟΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡ tritis literis cæteris, ut legi neque nus Græcorum ita expreſſus conſ id eſt CLXXXII. Sed quid inde c nuendos Herodiaci regni fines? Jud. lib. XV. cap. 9. Zenodoro cum vicinis partibus adſignat, e Galilæa diſtinguit, quas Auguſt Zenodori donaverit Herodi. Id c ſius confirmat lib. LIV. pag. 526. DCCXXXIV. περὶ Ηρῴδ῀ Ζηνοδώρ῀ πρὸς *Herodi Zenodori cujuſdam tetra* Auguſtus. Hæc tetrarchia fere poſtea Philippus ex paterna he Paneadem etiam, quod Joſephus ſed tota extra Galilæam. Hardui *Eo*, inquit, *animus ut credam in ſimul tetrarcham fuiſſe* Zenodor vero nihil præter inclinationem conjecturam, adfert; nos potiori gni Haſmonæi, in quo Herodes fu ramus, extra Zenodori hujus po læam exſtitiſſe. Quod de *vultu* ob in nummis Judaicis, contra ipſum vertimus; quia Galilæa ubique ab erat, uti pernotum eſt ex evangeli tum præferentes, ut Zenodori *ſun* dominum non poſſunt pertinere. quam ad reliqua pergamus, de Herod eundum eſt, poſt patris mortem, ſe Parthicum, *tetrarcham* ab Antoni dum & Phaſaëlus frater, conſtitutu Joſephus tradit l. XIV. c. 13. p. 642. capto, & exſtincto fratre Phaſaëlo, men ſibi uſurpaſſe, quod nos vir princeps in his literis, *Ezechiel S* cet de Præſt. & Uſu Numiſm. pa cto nummo, cui inſcriptum eſt H .... quem is pro ſummo judicio quam primum Herodem cenſet f regium nomen ab Romanis impet

IX. Nunc de *Archelao* diſquire ſephus ἐθνάρχ῀ν, *Ethnarchæ* hono ab Auguſto accepiſſe refert l. XVI ipſumque antequam poſſeſſionem maret, φεύδεται εἰδὼς τ῀ βασιλεὺς ὀνόμα *abſtinuiſſe*. (ibidem cap. XI.) quo Cæſaris auctoritate & adſenſu de duinus autem æque regem, ac pa perſuaſum habet, quia Matth. ca βασιλεύειν *regnaſſe* dicatur, & in l ceſſiſſe. Quis vero neſcit, ſacros cum vulgo loqui, cui Judaico p minores principes *reges* dicuntur, Herodes alter in una eademque thæo cap. XIV ineunte, & Luca recte & ex Romanorum genio & *tetrarcha*; à Marco autem cap. V σλδ῀ *rex*, populari loquendi m Succeſſit in locum quidem patris ex parte, quæ ibidem ad Judæam ſtricta eſt: non in toto regno: etiam regium, quod non heredi Romanorum liberalitate conceden

X. In annis etiam Archelai, & ex diſſenſus. Joſephus ait extremo lib.

χῆς, *decimo principatus anno*,- id eſt
nperii, accuſatum à ſuis & Viennam
uſto relegatum eſſe. In re conſen-
i lib. LV. p. 567. Ηρώδης ὁ Παλαιστὶνὸς,
ἀδελφῶν λαθὼν, ὑπὸ τῆς Αλκης ὑπηφανίδα,
iit, *Palæſtinus à fratribus accuſatus*
*elegatus eſt*. Quod is octavo ante
ſti anno, qui & Chriſti ætatis ferme
contigiſſe, per conſules annorum
umerat. Ex Joſephi autem calculo
ecimum annum Chriſti poteſt acci-
Harduino p. 38. videtur cum ſacro
e, quo *Chriſtus dominus dicatur, an-*
*is duodecimum, ſingulis annis tem-*
*aſſe, id quod poſt annum ætatis fere*
*higendum videtur: ut ſaltem per an-*
*te id tempus in templum ſe contuliſſe*
*adire Archelao vivo, quem fugerat*,
od vix ex Lucæ contextu (cap. II.)
οἱ κατὰ τὸ ἔθος, non ad Chriſtum pue-
arentes vel ad feſtos dies eorumque
im eſt, nili ex verbis comm. 44. νο-
νομίᾳ τῇ), quod multi interpretes fa-
climus colligere. Cui opinioni non
nec vero ex eo firmiter, quod Ar-
it, probari credimus, vivente illo in
veniſſe. Ex Ægypto reverſi cum
s non tam Archelaum, ut Herodis
unt (ſic enim nec ſe filio alteri credi-
æ imperanti) ſed proditionem exha-
in Bethlehemitico agro, timuerunt.
annis faciliores ſumus, quum nume-
per notas ſcriptis, perfacile aliquid
poſſit. Nulli genuini nummi, ab
cuſſi, ſuperant, ex quibus decidi
poſſit: id ſolum ex nummo, quem
endit, clarum probatumque videtur
xxix receptæ Aſiæ, ſeu pugnæ Actia-
Archelaum fuiſſe. Is enim nummus
itis ſymbolo, & *Palma*, Judææ glo-
is non alius quam ΚΑΙCΑΡΟC no-
& anni notam ΛΘ, ex quo conjici-
i jam provincia cuſum eſſe, non in
hnarchia. Quoquo autem anno Ar-
im ceſſavit, de modo ceſſationis ma-
overſia. Joſepho is relegatus eſt:
e herede obiit. Quod vero, ut ſu-
, Joſepho, DIO Caſſius conſentit,
nomine *Herodem* vocat, quem alii
ut in Antipa quoque & Agrippa con-
huic receptæ ſententiæ eo conſtan-
us, quo propius ad illam etiam Judæi
Ben Gorion enim cap. LXI. extremo:
ויהי מקץ ה׳ ימים עלה ערל או
הרומיים ויאסרהו שר ההיל
וישלחהו אל רומי *Poſt quintum*
nio Archelai) *adſcendit contra Ar-*
*citus Romanorum, cujus dux illum*
*inxit, miſitque Romam ubi mortuus*
it auctor in deportatione, licet modi
tione aberret.
graviſſima his, ut prædiximus, de *He-*
a eſt, & *Agrippa* rege, quos diſtin-
s ut filium Herodis, Baptiſtæ interfe-
ipam ſingulari nomine, eundemque
ialilææ, non regem, in Galliam à C.
gatum: & alterum Agrippam Hero-
is magni ex Ariſtobulo, quem inter-
otem, à Caio Cæſare tetrarchiis Phi-
niæ, ac regio nomine ornatum, poſt-
archia Antipæ à Claudio Judææ quo-
iæ regionibus auctum ſed brevis im-
vix tertio Claudii expleto anno fata-
tum. Harduino autem unus idemque
longo tempore tetrarcha, tandem
etiam rex, atque ſic idem qui Baptiſtam & Jacobum, Joannis fratrem, interfecit. Quam ſententiam nunc noſtrum eſt diligentius examinare.

XIII. Primum in eo Harduinus eſt, ut tetrarcham Herodem, non Judæum, nec proſelytum, ſed gentilem fuiſſe perſuadeat p. 54. ſeq. At vero qui natus eſt Judæo patre, & ea gente oriundus, quæ tota ante nonaginta annos proſelytorum lege Judæis adſcripta fuerat, & qui præfuit genti Judaicæ, ut Galilæi erant: ac quotannis ad ſacra Judæorum profectus Hieroſolymam eſt, & Joannem Baptiſtam libenter audivit; hunc Judæis ritibus initiatum fuiſſe negabimus? Natus is erat Herode rege, Judaiſmi obſervatore, ut præter Joſephum vel ex Auguſti joco apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. IV. *Melius eſt Herodis porcum eſſe quam filium*, apparet. Non exſtat in Scripturis ſanctis, tetrarcham hunc regis Herodis filium eſſe, quod Joſephus adfirmat; ſed ſi Joſepho non credemus, evincit vetus inſcriptio, à diligentiſſimo viro Jac. Sponio Miſcell. Erud. Antiq. f. 338. in lucem producta: ΗΡΩΔΗΝ ΗΡΩΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΟΝ ΤΕΤΡΑΡΧΗΝ &c. Nec illa ætate Idumæi, unde Genus Herodes ducebat, proſelyti, ſed Judæi erant, à longo tempore in Judaiſmum recepti, adeo ut Scaliger ad Euſeb. Animadverſ. p. 165. probet, Herodem majorem proſelyti abnepotem exſtitiſſe. Quæ ſatis confirmant, non ita tetrarcham, ut Ἕλλωνα *Græci*, Joann. XII. verſ. 20. quod Harduinus credit, Hieroſolymam ſacrorum cauſſa profectum, ſed tanquam Judæum & Judaica ſacra pleniſſime profeſſum. quod autem p. 56. ex illicito conjugio, cum fratris uxore inito, & ab Joanne improbato, contra Judaïſmum tetrarchæ argumentum petit, nobis plane contrarium videtur; nec dignum, cui multis verbis reſpondeamus.

XIV. Deinde ex nummo & numero annorum tetrarchiæ Joſephum falſitatis incuſat. Is ita ſcalptus Græcis literis eſt: ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. ΜΓ. & in altera facie ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ, ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. ſive ut eminentiſſimus vir Hen. Noris, ſingulari diſſertatione *de Nummo Herodis Antipæ*, æri inciſum expreſſit, in anticæ laurea ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡ. .... ΝΙΚΩ: in poſtica circa palmam ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, cum anni literis ΜΓ. Ex quo conſtare videtur ſub Caio Caligula XLIII annum tetrarchiæ Herodem egiſſe. Sed nec hoc Joſephi hiſtoriæ repugnat, qui non ſub alio quam Caio principe, relegatum tetrarcham dixit, & poſtremo quidem illius anno. Vide Antiq. Jud. lib. XVIII. cap. 9. Et laudatus Noriſius pro docta ſua computandi ratione ita calculum diſponit, ut hinc XLIII tetrarchiæ annus cum ultimo Caligulæ bene conveniat. Quod ſi vero aliam & vulgarem rationem numerus tetrarchiæ excedere videatur; non inconveniens erit dicere, Antipam à vivo patre, ſeu aliquot ante mortem annis, Galilææ fuiſſe præfectum, ſicut ipſe pater Herodes ab Antipatro parente ſuo, adhuc ſuperſtite & principatum tenente, ut ſupra diximus, eidem Galilææ præpoſitus fuerat. Hæc ſatis tuendo calculo ſunt, ſi utique non alia æra, quam tetrarchiæ acceptæ, intelligenda ſit.

XV. Ad hæc unum eſſe tetrarcham & regem ex communi nomine *Herodis* Harduinus putat, quum Scriptura neque *Antipæ*, neque *Agrippæ*, majoris, nempe, nomen habeat. Sed nihil proficit. Etiamſi enim diſcriminationis nomina, quæ Joſephus pandit, Scriptura non uſurpaverit: habet tamen alios diſcernendi ſatis claros characteres, dum v. gr. Act. XII & XIII, utroque ineunte capite, alterum Herodem *regem*, alterum *tetrarcham* nominat, qui ſane diverſi honores & munia ſunt. Et quoties alii ſcriptores *Antiochos*, *Ptolemæos* nominant, non appoſito, quo differant in-

vicem, ullo cognomine? Juſtinus quidem Martyr. Dial. contra Tryph. p. 330. Herodem quoque Herodis, ſub quo natus Chriſtus eſt, filium, βασιλέα *regem*, vocat, ſed dum βασιλέα Ιυδαίων *Judæorum regem*, & ἀληθῆχον *ſucceſſorem patris* appellat, ſatis imperitiam hiſtoricarum rerum prodidit.

XVI. Ad alium itaque nummum p. 48. vir clariſſimus provocat, in quo ſcriptum eſt ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔ..... ΤΔΙΟΣ: & in altera parte ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Γ, *Rex Herodes Philoclaudius & Claudio Cæſari Auguſto, ann. III.* Quid cogit vero, ut de Herode Herodis filio hæc intelligamus, aut quid impedit, quo minus cum ſummo viro, quem iterum honoris cauſſa nominamus, Ez. Spanhemio, pag. 443. de Agrippa Majore interpretemur? Is ſane, Joſepho teſte lib. XIX extremo, tres annos vixit in aucto ſibi à Claudio regno, in cujus beneficii profeſſionem *Philoclaudius* cenſeri voluit, & aliquot regni ſui urbes, ut Gabam, Tiberiadem, *Claudias* appellavit, quod ſupra laudatus Henricus Noris in Epoch. Syro Maced. pag. 389 & 463 itidem ex nummis declaravit. Quo & illum nummum referendum putamus, quem Lucas Holſteinius, Germanorum quondam inter Italos decus in Steph. Byz. pag. 154 ex Barberina Gaza oſtendit, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, & in averſa. ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. *Rex Herodes, Claudia Cæſaria.*

XVII. Hic eſt ille Herodes, Joſepho *Agrippa major* cognominatus: cujus mentio facta eſt XII. cap. Apoſtol. Actuum. Quod ſi Joſephi teſtimonium pro more ſpreverit vir doctiſſimus Harduinus; nequaquam tamen contemni licebit antiquiſſimi interpretis Syri ſuffragium, qui, ut omnem ſcrupulum eximeret, non tam interpretem quam paraphraſtam egit, dubitabilem locum cap. XII. comm. 1. ſumma perſpicuitate ita interpretatus, هيرودس الملك الذي يقال له اغريباس. *Herodes rex, qui cognominatur Agrippas.* Quid clarius dici potuiſſet, & quidem in tanta antiquitate, qua vix majorem habere poſſumus? Sic omnes codices ferunt, nec quidquam variantis lectionis obſervatum unquam eſt, unde de novitate aut interpolatione conjici fortaſſis poſſit.

XVIII. Quum ergo vir clariſſimus nihil ex nummis adferat, quo recepta ex Joſepho de Herodibus ſententia evertatur; utique in ea perſtantes, Act. XII Herodem Agrippam, Ariſtobuli filium, cui Claudius Cæſar avitum regnum donaverat, intelligendum eſſe cenſemus. Hinc à Tiberio, cui maledixerat, in vincula conjectus, à Caio Cæſare ſolutus & rex tetrarchiæ Philippi & Lyſaniæ factus, poſt tertium annum ab eodem tetrarchæ Herodis poſſeſſionem accepit: mox à Claudio Samariam quoque & Judæam, ut ſic omnem Palæſtinam ſive Iſraëlis terram, per triennium, ad fatalem uſque mortis pœnam, ab Joſepho non minus quam à S. Luca (licet ab illo obſcurius) notatam, poſſederit. Vide Antiq. Jud. lib. XIX extr. & Dion. Caſſ. lib. LIX. p. 645. & LX. p. 670.

XIX. Accedit egregium ab hoſte teſtimonium, Juſto nempe Tiberienſi, Galilæo, cui graves inimicitiæ cum Joſepho æquali ſuo interceſſerunt, nihilominus cum iſto in Herodum diſtinctione conſentiente. Ex ejus chronico Photius Biblioth. cod. XXXIII hæc excerpſit: Ἀρχὴ τῆ ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἐως πολυπῆς Ἀγρίππα τῦ ἐβδόμε μὲν τῶν ἀπὸ τῆ οἰκίας Ηρώδε ὑστάτε δὲ ἐν τοῖς Ιυδαίοις βασιλεύσαν, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ὀπὶ Κλαυδίε, ηὐξήθη δὲ ὀπὶ Νέρωνος, ἐπ' ἔτε μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανῦ. πολυτῷ δ' ἔτει τείτῳ Τραϊανῦ. Hoc eſt, in Herodum regnatrice familia ſeptimum ac ultimum fuiſſe Agrippam minorem, qui ſub Claudio regnare cœperit, vita exceſſerit anno tertio Trajani. Bene autem hic numerus cum Joſepho convenit, cui I. eſt *Herodes Magnus*: II. *Archelaus*: III. *Philippus*: V. *Agrippas major*: VI. *Herodicus*: VII. *Agrippa minor.*

XX. Negat Harduinus Herodem ſtolicorum Judææ imperaſſe, aut p manam rurſus regnum fieri potuiſſe. pla in Aſia ſunt, Ciliciæ, Ponti, Syriæ ubi, provinciæ formulis abrogatis, ta ſunt? Ex Tabulis, Hiſtoriæ A ſubjectis, omnia clariſſime dilucer ſolymæ forſan hoſpes fuit, ut tetr cui vinctum Servatorem Pilatus ſ ſtolos itaque tanquam Galilæos, a cipem, forte præſentem, procurat miſit, præſertim in cauſſa non civ nis Judaicæ. Ita ſentit & interpre datus Harduinus p. 55. Verum hæc ſufficiunt ad ſenſum Lucæ i Si hoſpes tantum fuit; unde pote in milites prælidis Romani habet ſtodiæ reos? nam XIX commate ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, *duci ad ſupplicii* riri *juſſit*, quod Latini etiam ſim cunt. Plinius de Chriſtianis ad T la, *perſeverantes duci juſſi.* Vi notavimus. Syrus interpres ru

هلك هيرودس وصلبهم

*condemnavit illos cuſtodes, & pr* Addo: ſi hoſpes tantum fuit, cu Cæſaream diſceſſit, & διατρίβειν *ha* tanquam in regia ſua? Quando au erat Judæa, non Galilæi principi Romani ſedes Cæſarea erat, uti ex hiſtoria longe eſt clariſſimum.

XXI. Ipſe nummus, quo Hardu inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡ ΚΛΑΥΔΙΟΣ *Rex magnus Agrippa cus*, pro Joſephi ſententia cum pr enim *magnus rex* ille fuit, uti fuit, ferente, omnino ſequi oportet, ut ſiones, quàm geminam tetrarchiam ipſi tributam, Galilææ & Philippi tenuerit, quæ vix *regis* aut *regul* cam *magni*, dignæ habebantur. hic Agrippa amplioris regni, aviti tius Palæſtinæ dominus laudatur, à bitioſus ille titulus abhorret.

XXII. Diximus ſupra de relig lius tetrarchæ: à quo diverſum eſſe, Act. XII. memoratum, quum mus, de ejus etiam religione de lum in hiſtoria pretium erit. unus eſt terrarcha & rex, eodem Jacobum occiderit, Judæum fuiſſ tum, inquit, p. 55. *neque Judæ aperte declarat; qui eum non ſtu pulſum, ſed* QUIA PLACERET JUD ſtianis *indixiſſe narrat.* Anne ſunt, qui *Judæis ſtudent placere*? mani fuiſſent, qui *populares* dice trimoniis, ut populo placerent, & ſtudium populi conciliantes: ribus Romani, qui ob eandem ca ut Eutropius ait, ſeſe in imperio

XXIII. Hujus Agrippæ frat *rex Chalcidenſis*, Joſepho aucto lo Jud. pag. 1071.) cujus nu guinus, vir hujus ſtudii peritiſ ma ſignatum in laurea: ΚΛΑΥΔΙΟ ΣΤΩ ΕΤ. Β. id eſt, *Claudio Cæſ V.* & in averſa parte, ſenili capi præcincto circumſcriptum: ΒΑΣΙ ΥΔΙΟΣ, *Rex Herodes* φιλοκλαύδιος tra pag. 58. *Quid ſi non tantum Chalcidicus, ſed neque regnum Cl*

cenſet præjudicio occupatus, falſa æ ex ſola Joſephi hiſtoria promun- Herodem, Agrippæ fratrem, lib. 19. Χαλκίδος δυναστεύοντα, *Chalcidis dyna-* de Bello c. 11. de eodem, ἦρξε τῆς Χαλκί- *n Chalcide.* Immo *rex* à Claudio epiſt. apud Joſeph. lib. xx. cap. 1. ræſtionis ex eo pendet, an quinto ſuperfuerit Herodes Agrippa, quod n eſt, etiam contra Euſebium, qui *quarto* imperii anno interiiſſe dicit, & approbat Scaliger Animadverſ. id? quod Dio Caſſius, incorrupta o.LX. pag. 670. de Claudio Cæſare: ἦν δυναστείαν πατρὸς ἀδελφῷ, *fratri* (majoris *cipatum quemdam dedit*, quem Jo-. cap. 5. nominatim ſignificat non *Chalcidicum* fuiſſe. Nondum ergo t, ut ab Joſepho & Euſebio refugia- um bene etiam Dio, ut cognovi- ordat.

ius *Agrippa* ſupereſt in Actibus A- p. 30. cum ſorore *Berenice* memo- omæ apud Claudium erat ſeptemde- adoleſcens, quum de morte patris etur. Cui ſucceſſorem hunc Clau- let, niſi amici admonuiſſent, pericu- itaneum regnum, ut Judaicum erat, mittere. Rurſus itaque in provin- idæa cum cæteris Agrippæ poſſeſſio- Cuſpio Fado miſſo, qui præſes or- que. Vide Joſephum extremo lib. xx. nus, Judæam iterum provinciam ſa- quam ceſſaverit, poſtquam ſemel facta uerat. Reſpondimus ſupra ſectione regionum in Aſia, quæ ex Romanis na, & rurſus provinciæ facta fue- iciti ſuffragium accedat ex lib. v. Hiſt. *ius defunctis regibus, aut ad modi- Judæam provinciam equitibus Ro- rtis permiſit.*

vero Agrippa, Agrippæ filius, re- d id non ſtatim poſt mortem patris eſt. Joſephus Scaliger in Euſeb. *ſtatim, ait, ab obitu patris regnum ſed nomine Cæſaris tamdiu adminis- d Rex tutelæ ſuæ fieret.* Idem pau- ad Taciti verba annali XII. c. XXIII. UDAEI, DEFUNCTIS REGIBUS SOHEMO PA, PROVINCIAE SYRIAE ADDITI, *In-* inquit, *Ituræos Syriæ perpetuo ad- Judæos autem, quoad Agrippa Junior ram perveniret. Sed quinquennio poſt pæ ſenioris hoc contigiſſe quis credat, tione temporum, & hiſtoria externa, n non ſemel, neque leviter peccaſſe* Malim aliter ſcripſiſſet vir maximæ ene enim inter Tacitum atque Joſe- it. Mors Agrippæ majoris, ut ſupra & Euſebio oſtenſum, in annum IV. dit. Minor Agrippa, XVII anno- on ſucceſſit patri, cujus regnum pro- m ſubiit, aut Syriacæ provinciæ ad- Nono imperii anno ineunte, hoc jo & Q. Verannio Coss. in Chalci- Herodi patruo haud dubie tum mori- am, Agrippæ filium, imperator Clau- ſed quadriennio poſt, hoc eſt im- decimo anno, dempta Chalcide, eidem ycaoniæ tetrarchias, hoc eſt Trachoni- anæam, & Abilenam donavit, quum a, Samaria & Galilæa, ac reliqua s, à præſide Romano uſque ad exci- egerentur. Vide Joſephum lib. xx. præfuit regno ſuo Agrippa, per L an- Claudii ad III Trajani. Photius enim patriarcha, Cod. XXXIII Bibliothecæ, ex Juſto Tiberienſi, qui æqualis Joſepho fuit, verbis ſupra adlegatis hæc recenſet: Ἀρχεται τῆς ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δὲ ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἐδδόμου μὲν τοῦ ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρῴδου ὑιέος δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν. ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Κλαυδίου, ἠυξήθη δὲ ὑπὸ Νέρωνος, ἐπὶ μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ, τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ. Hoc eſt: *Incipit* (Juſtus) *hiſtoriam à Moſe: deſinit in morte Agrippæ, ſeptimi illius è familia Herodis, & ultimi inter Judæorum reges. Qui regnum ſub Claudio accepit, quod auctum à Nerone eſt, magiſque à Veſpaſiano. Mortuus anno tertio Trajani.* Multa numiſmata hujus regis ſuperſunt cum Veſpaſiani, Titi, Domitiani iconibus percuſſa, quæ ſummus patronus noſter Ez. Spanhemius de Præſt. & Uſu numiſm. p. 864. oſtendit, quorum illud, quod cum Veſpaſiani effigie eſt, in poſtica habet ΕΤΟΥ ΚΘ. ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ *anno* XXIX *regis Agrippa*, quod ſatis argumentum eſt longævæ dominationis.

XXVI. Hæc de Herodibus eorumque ordine & ſucceſſione. Quod reliquum eorum eſt, quæ contra Joſephum Harduinus urget, nunc vindicandum nobis ſumimus. Cujus fidem ille ut omnibus ſuſpectam faciat, primum objicit, *Antipæ* nomen, quod Joſepho debemus, in nummis & inſcriptione ſupra n. XIII. adducta non apparere. At vero ſi valeret, etiam *Archelai* nomen ſuſpectum foret, quod, ut ipſe Harduinus fatetur, in nummis non occurrit, & pro illo *Herodes* apud Caſſium invenitur. Quale autem ſit *Antipæ* nomen, Gorionides cap. 63. ineunte oſtendit. qui אנטיפטר, *Antipatrum*, Græco nomine appellat, ex quo fit *Antipas*, ſicut ex Harpocrates *Harpocras* apud Plinium lib. x. epiſt. v. Pergit Harduinus Joſepho falſitatem objicere, dum Herodem Antipam modo in Galliam, modo in Hiſpaniam relegatum dicat. Sed & hæc perfacile conciliari poſſunt, quum in Galliam primum, deinde ut gravior pœna eſſet, in Hiſpaniam uſque, atque ſic longiſſime à patria, abduci potuerit. In Hiſpaniam miſſum fuiſſe Gorionides quoque cap. LXIII, & Rabbi Ganz. pag. 36. confirmant, ספרד locum exſilii nominantes, quæ Judæis Hiſpania eſt. Ad hæc ex eo etiam ſuſpectum vult Joſephum reddere p. 51, quod Claudium in imperio capeſſendo ab Agrippa, qui forte Romæ erat, adjutum ſcribat, quum non pronum ad fidem ſit, ditionis barbaræ regulum conſiliorum ſenatus arbitrum fuiſſe. Sed & heic non deeſt, qui Joſephi fidem tueatur, Dio Caſſius lib. LX. p. 670. de Claudio: τῷ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῃ, συμπαράξαντί οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔτυχε δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὢν τὴν ἀρχὴν σφετερισάμενος, *Agrippæ Palæſtino, qui eum in potiundo principatu adjuverat, regnum auxit.*

XXVII. Alia via vir clariſſimus Joſephum adgreditur, templi Hieroſolymitani novam ſtructuram, quam ille lib. XV. cap. XI. Herodi tribuit, *confictam* in magnificentiæ prædicationem eſſe, pag. 32. objiciens. Non autem confictam eſſe illam templi inſtaurationem, etiam ex divino ſcriptore Joann. cap. II. comm. 20, non obſcure probatur. Illi enim XLVI anni οἰκοδομήσεως, ad Zorobabelis templum, quod quadriennio perfectum fuit (Eſdræ VI, 15.) referri non poſſunt. Neque cum provincia Judæa eſſet, ceſſavit templum renovari, nec vero auſpiciis Romani illud præſidis fiebat. Cæſares enim principi cuidam Judaici generis hanc ſacrorum & templi curam permiſere, ut, Agrippa majore ſublato, Claudius Herodi fratri, Chalcidenſi regulo, conceſſit, Joſeph. lib. XX cap. I & III, quod jus poſtmodum Agrippæ minori manſit, uſque ad templi & urbis everſionem. Vide ibidem cap. VII, & cum primis cap. VIII. f. 899, ubi de Agrippa rege dicitur, ἐπιτέτραπτο ὑπὸ Κλαυδίου Καίσαρος τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ, *templi curam ei Claudius Cæſar*

*ſar concrediderat*; quamvis neque Herodi illi, nec Agrippæ juniori in Judæam vel Hieroſolyma quidquam juris fuerit, quod omne penes præſidem ſeu procuratorem erat.

XXVIII. Aliud crimen Joſepho Harduinus impingit, ex quo conſtare putat, auctoriali Palæſtinam non fuiſſe conſpectam. quia lib. xv. cap. XIII Cæſaream Palæſtinæ ἐν τῇ Φοινίκῃ in *Phœnice*, poſuiſſet. Novum crimen & ante inauditum, cujus ſi reus Joſephus agendus eſt, ante hunc princeps geographorum Strabo quoque condemnari debet. Hic enim lib. XVI. pag. 520. *Jam Cœleſyria peragrata*, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτειμεν, *in Phœnicen tranſimus*. Recenſitis urbibus, tandem claudit, p. 523. hiſce verbis, Τοιαύτη μὲν ἡ Φοινίκη *Hactenus de Phœnicia*. Medio ſermone & in mediis Phœnices urbibus infit: Μετὰ τὴν Ακκω, Στράτωνος πύργος ὀχυρωμὰ ἔχων, *poſt Acen* (quæ Ptolemaïs eſt) *Stratonis turris, navale habens*. Hæc autem ipſa Cæſarea. Plinius lib. v. cap. XIII *Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode rege condita*. Quo jure nunc Joſephus accuſatur, qui idem ſenſit quod Strabo, quod alii geographorum hiſtoricorumque? quibuſdam longior in auſtrum Phœnicia procurrit, licet aliis anguſtiori limite definiatur. Livius lib. XXXV. cap. XIII. *Antiochus rex ea hyeme Raphiæ in Phœnice Ptolemæo regi Ægypti filia in matrimonium data, - - extremo jam hiemis Epheſum pervenit*. Raphia autem prope Ægypti fines ad mare eſt.

XXIX. Tandem etiam de *Haſmonæorum regno*, Joſephum Harduinus ſubleſtæ fidei inſimulat. At vero diu ante Joſephum Strabo lib. XVI. p. 524. in Syriæ & Judææ enarratione, πρῶτος ἀνδ' ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Αλέξανδρος, *primus pro pontifice ſe regem fecit Alexander*, qui & Jannæus erat, Hyrcani & Ariſtobuli pater: quod ſatis ad *fabulam*, quam objicit Harduinus, diluendam eſt, licet in eo corrigendus Strabo ſit, quod Alexander hic non primus fuerat, qui diademate & regis titulo uteretur, ſed frater ejus Ariſtobulus eodem honore anteceſſit. Ad hoc, credo, inductus eſt vir clariſſimus, quod nummos forſan Haſmonæorum regum non repererat. Sed ſic multæ & præſtantiſſimæ partes hiſtoriarum negandæ forent. v. gr. Imperium Trapezuntinum, quod per CCL annos ſtetit, ab Alexio Comneno conditum, quum Conſtantinopolis in Latinorum poteſtatem veniſſet; ex nummis adhuc illuſtrari nondum potuit, nec peritiſſimi viri eos videre ſe meminerunt. Nec vero propterea fabula eſt quod Nicetas, Gregoras, Paullus Venetus, Chalcocondyles de illo narraverunt.

XXX. Denique in foro quoque Grammaticorum Harduinus reum Joſephum facit: *Taceo*, inquit, p. 64, *de Joſephi ſolœco*, Αχίππα, *quod etiam in Codd. MSS. legitur, pro* Αγείππα, *ut nummi exhibent ipſius Agrippæ, quicum vixiſſe vult videri*. Sed bona verba, quæſo. Solœcum non eſt, quo optimi Græcitatis ſcriptores uſi ſunt. Gemina forma gignendi caſus in his nominibus eſt, & Αγείππα quidem, Act. Apoſt. XXV. 23. & num Veſpaſiano tam Stephani quam Sylburgii p. 322. reperitur, ca eſt altera in ᾶ terminata, qua P. tonio p. 946. Dio Caſſius ineun pianus Alexandrinus B. Civ. lib. rum imitator Zonaras in Auguſto, ne ergo ſolœciſmi accuſabit Hard aliis propriis, in ας finitis, inuſit Αἰνείας Αρέτας Μαυίας. Theodorus Ga p. 4. κλίνεται Αἰνείας, Αἰνείᾳ & numm rellio, ſagaciſſimo antiquitatis ſc cim. Tab. XXIII nuper produ ΑΡΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: & ipſe Di τὰ τε τοῦ Αγείππα καὶ τοῦ Μαυίου. Ne mæ, quam ſolam Harduinus Gra rus fuit Joſephus noſter, quod ſatis ſit oſtendiſſe. Lib. XIV. pag. 469. Πίσσα, τὰ βασίσσα τοῦ Αρέτ

XXXI. Supereſt, quod infanti duſtria præterierit, *ne legiſſe fa menti literas videretur*: p. 36. in Euſeb. Animadverſ. p. 176. *belluinæ crudelitatis exemplum teritum eſſe, qui tanta diligentia Herodianæ facinora perſequitur* met; nec vero id ſatis putamus ſcribentis, quo Harduinus refert, e ri enim alia de cauſa potuit, & ſi Nicolaum Damaſcenum potius, illa rejicienda. Iſte enim haud quia vivente Herode ſcripſit, cu tor ad Auguſtum fuit; quem du diffitetur, Joſephus inſequutus e quod aliis pluribus accidiſſe novi dita opera, ſed partim memoriæ naci præeuntis perſequutione, de effugerit animum, *memoriam*, & *m*

* * *

